L° G. 9 cm. 121 D 12

<36635296470016

<36635296470016

Bayer. Staatsbibliothek

CORPVS
IVRIS GERMANICI
PVBLICI AC PRIVATI
EX
AEVO MEDIO
TOM. II.

CORPVS
JVRIS GERMANICI
PVBLICI AC PRIVATI
HACTENUS INEDITUM
E
BIBLIOTHECA SENCKENBERGIANA
EMISSUM
ET
PRÆFAMINE
IPSIVS SPLENDIDISSIMI POSSESSORIS
ORNATUM

TOMUS II.
SISTENS
SPECVLI ALEMANNICI
JVS PROVINCIALE ET FEUDALE;
AVTOREM VETEREM DE BENEFICIIS;
CUM COMMENTARIO PERPETUO

ITEMQVE
GLOSSARIO ET INDICE AMPLISSIMO
HIERONYMI VON DER LAHR. I. V. L.
ACCEDIT
CODEX JURIS PROVINCIALIS ET FEUDALIS ALEMANNICI
E BIBLIOTHECA CAESAREA

CURANTE
GVSTAVO GEORGIO KOENIG A KOENIGSTHAL.

FRANCOFURTI AD MOENUM
APUD JOANNEM AUGUSTUM RASPIUM
MDCCLXVI.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

CASPARI GEORGII KOENIG

CATALOGUS

BIBLIOTHECAE

SPECIALIS

MATHEMATICAE

ET

PHYSICAE

SUPELLECTILIS

PARTIS SECUNDAE

CONTINENS

LIBROS

MATHEMATICOS

ET

PHYSICOS

BIBLIOTHECAE

REGIAE

MONACENSIS



Ant. Wenzeff delineavit

Jacob. Schmutzer Sculpsit Viennæ

AVGVSTISSIMAE MARIAE·THERESIAE

ROMANORVM·IMPERATRICI
HVNGARIAE BOHEMIAE DALMATIAE
CROATIAE SCLAVONIAE BOSNIAE
RAMAE SERVIAE BVLGARIAE
CVMANIAE HALLICIAE

REGINAE·APOSTOLICAE ARCHIDVCI AVSTRIAE DVCI

BVRGVNDIAE BRABANTIAE MEDIOLANI

STYRIAE. CARINTHIAE. CARNIOLAE. MANTVAE
PARMAE. PLACENTIAE. LYMBVRGI
LVCEMBVRGI. GELDRIAE. WVRTEMBERGIAE
ET. VTRIVSQVE. SILESIAE

PRINCIPI

SVEVIAE. ET. TRANSSYLVANIAE

MARCHIONI

S. R. I. ANTWERPIENSI. BVRGOVIAE
MORAVIAE. SVPERIORIS. ET. INFERIORIS
LVSATIAE

COMITI

HABSBVRGI. FLANDRIAE. TYROLIS. NAMVRCI
FERRETI. KYBURGI. GORITIAE. GRADISCAE
ARTESIAE. ET. SICVLORVM

LANDGRAVIAE

ALSATIAE

DOMINAE

MARCHIAE. SCLAVONICAE. PORTVS. NAONIS
SALINARVM. MECHLINIAE. &c. &c.

REGI. AC. PRINCIPI. CLEMENTISSIMAE

D. D. C. A.

TE vero,

AVGVSTA,

ego hactenus aliunde TIBI nota veneratione tacitus prosecutus sum, nec unquam TE etiam publice adire sustinuissem, nisi hocce opus, obtutibus TVIS AVGVSTISSIMIS se sistens, autoramentum quasi novum mihi præstitisset. Es TV, AVGVSTA, in eo, ut Jura terrarum TVARVM in legitimam redigas consonantiam; et insigni certe, nunquam satis prædicando molimine. Ego vero emendata edo illa, quæ in regionibus TVIS AVSTRIACIS eoque spectantibus, Viennæ inprimis, in tribunalibus ac curiis, Legum in vicem observata fuerunt, et in consuetudinibus magnam partem supersunt. Iure ergo illa debentur TIBI, et hoc tempore, & a me, cuius maiores ex Austria TVA orti, obsequia TIBI debita mihi quasi transmiserunt. Obire illa studui, DOMINA! meis qualibuscunque scriptis, temporibus difficillimis, cum nondum de domicilio hic figendo vel cogitare mihi liceret. Id vero nosti, memorique TE mente tenere, testata es. Et hic mea obsequia demonstrandi, non defuit occasio. Certe ampliori nisu eo allaboravi, cum propius intueri daretur iubar illud, quod absens colueram. Vidi nimirum, magnifica et ingentia TVA gesta mereri, ut quilibet TIBI probari in præcipuis ducere debeat. Sensi, TVAM autoritatem me et peregrinis commendaturam, tanta cum sis, ut in rerum magnitudine, verborum satis invenire labor evadat, mea tenuitate maior. Suspexi TVAM pietatem, et Deo devotam penitus mentem, prosecutus sum litteris datum præsidium, ingentesque eam in rem factos sumtus. Vidi et probavi Regimen, tum vi Legum, Ministrorum Imperii delectu, et moderamine rite dispositum, tum etiam adversus exterorum motus firmum. Miror, mirarique non desinam, omnem reliquam tam publicam, quam privatam negotiorum rectionem, domesticam etiam consuetudinem, et cætera ubique summa, nostræ ætati exemplo, posteris admira-

admirationi futura. Inveni, AVGVSTA, TE cuncta æquare, quin superare, quæ Maioribus TVIS singula laudabilia et illustria fuerunt. Qui RVDOLPHI I. pietatem extollebam, qui RVDOLPHI IV. magnificentiam, et Musis ex illa concessa, qui MAXIMILIANI I. in rebus gerendis fortitudinem, et artium tum pacis tum belli in Germania summam promotionem, qui FERDINANDI I. legiferam prudentiam, et rei legitime partæ conservandi curam mente volvebam, qui horum fortunæ Austriacæ autorum, et LEOPOLDI avi, CAROLI VI. Parentis TVI virtutes ex Historia noveram, et adhuc partim in rebus spectaveram, qui Viennæ TVAE a FERDINANDO I. ornatæ memoriam meæ menti proponebam, Historia, quam semper amavi, Duce, confiteri cogebar, et lubens eo deveniebam, singulorum egregia apud TE esse cuncta, & ipsam etiam Viennam a TE fere cum Academia, RVDOLPHI IV. opere, novam redditam. Vix noverint illi sua, a me in tabula quodammodo indigitata, si TVA spectare possent. Perge PRINCEPS a Deo data, mea et cunctorum elogia longe transgressa; diu supersto Illustribus gestis; adeoque sero coelum repete, et non nisi generis humani spebus expletis; fave legibus; fave optimis studiis ut coepisti; meum autem librum, et qualemcunque a maioribus TVIS traductum atque ad originem expressum illius Ornatum, TIBI propria suscipe Clementia solita; ut ego sub tutela Numinis TVI ad ampliora capessendum exciter, sentiamque, non ingratam TIBI & in posterum fore eam devotionem, quam dum vita superierit, ex debito me conservaturum esse, scabello pedum TVORUM submisse advolutus hisce subsigno,

AVGVSTA CLEMENTISSIMA,

MAIESTATI TVAE NVMINIQVE TVO

Longe omnium devotissimus

HENRICVS CHRISTIANVS

BARO DE SENCKENBERG

Consiliarius Imperialis Aulicus.

PRÆFATIO SENCKENBERGIANA.

SYLLABUS.

§. 1. *Dicendorum ſumma.*

§. 2. *Vita B. Hieronymi* VON DER LAHR, *cui hic labor Speculo Alemannico datus præcipue debetur, breviſſime delineata.*

§. 3. *De ejus præfamine & reliquis curis.*

§. 4. *Quid Ill. Kœnigius egoque præſtiterimus.*

§. 5. *Cur a me inſtar Codicis Viennenſis MSC. adjectum. Is contra Cl.* GRUPENIUM *ætati ſuæ aſſertus.*

§. 6. *Plura de illo, & figuris in ora paginarum noſtræ editionis ſpeculi alicubi additis.*

§. 7. *De numeris capitum ac paragraphorum.*

§. 8. *Anteriores ſpeculi editiones Sæculi XV. recenſentur.*

§. 9. *De Hupfupffiana impreſſione, & uſu ſpeculi Alemannici, per Saxonicum & alias Seculo XVI. conſervato.*

§. 10. *Cur usque ad Sebaſtianum Meichsnerum ceſſaverint novæ editiones?*

§. 11. *Juſtini* GOBLERI *circa iura patria Seculo XVI. conatus.*

§. 12. *Repetitæ editiones per* MEICHSNERUM *&* GOLDASTUM.

§. 13. SCHILTERI *in Jure noſtro reſtituendo diligentia ac editio.*

§. 14. *Reliquæ, quæ extant impreſſiones, & Conatus* Jac. Frid. LUDOVICI.

§. 15. GRUPENII *editio curatior promiſſa, de cujus ſcitis differitur.*

§. 16. *Manuſcripta ſpeculi noſtri varia.*

§. 17. *Cur noſtra MSta non cum Lahrianis curis contulerimus, dictum.*

§. 18. LAHRII *Notæ, Index, Gloſſarium, ut præcipui quid noſtræ editionis prædicantur.*

§. 19. *Is etiam concordiam ſpeculi Saxonici & Alemannici ubique commonſtravit, cujus conſonantiæ rationem reddere ſimul tentamus.*

§. 20. *Uſus horum jurium in medio ævo inſignis; & collectionis Receſſuum locum tenebant.*

§. 21. *Vigor & Commoda Juris ſpeculorum noſtri temporis, in Germania & apud exteros.*

---

§. 22. De *ſatis inconcinno nomine* Speculi Suevici, *Juri communi in Speculo Alemannico deprehendendo adhibito.*

§. 23. *Plura de inſigni ſpeculorum utilitate.*

§. 24. *Edifſeritur, cur hoc volumine ſecundo Collectionem hanc finem capere velimus; ratioque redditur, ob quam nec Saxonica nec Boica, aliorum quippe curis relicta, adſciſcamus.*

PRAEFATIO SENCKENBERGIANA.

§. I.

Dum alienum Opus edo, anno circiter CIↃIↃCCL. compoſitum, B. *Hieronymum* VON DER LAHR, J. U. L. Francofurtenſem parentem habens, in ipſius quidem viri eruditi, qui tantum operæ Speculo Alemannico dedit præfamine, acquieſcere poſſem, niſi aliqua eſſent dicenda, quæ partim ad dictum virum eruditum pertinent, partim etiam ad Virum illuſtrem *Guſtavum Georgium Kœnig* DE KOENIGSTHAL, qui una mecum illius laboris editionem procuravit, atque ideo ſocia voce mihi prædicandus eſt; meque ipſum ſpectant. Addam non nulla ad ſpeculum Suevicum ejusque editiones aliasve monenda, nec tamen longus ero, cum negotia mea, prolixus ut ſim haud patiantur.

§. II.

Auctorem ergo quod concernit, cum Francofurti ad Mœnum, honeſto ſatis loco, patre *Paulo* VON DER LAHR, merçatore uti ſolertiſſimo, ita fortunæ bonis inſigni, & matre Maria Magdalena Schelkens 26. May 1680. progenitum ſcio. Hunc filium ſuum parentes mature ſtudiis deſtinatum, egregie in tenera ætate inſtrui curarunt. Inde Marpurgum, ubi B. WALDSCHMIDIO familiariter innotuit, & Halam ſalicam abiit, *Chriſtianum* THOMASIUM præcipue ducem ſecutus, quo etiam præſide, conſcripta de hominibus propriis & liberis Germanorum diſſertatione, anno 1701. Licentiam, petendi Doctoris jurium gradum obtinuit. Profuit vero hæc THOMASII inſtitutio & conſuetudo noſtro eo, ut ſtudia Juris patrii ſemper coleret inprimis. Inde tum alias tum in variis BELGII fœderati Açademiis peregrinatus, Francofurtum rediit, totum ſe dedens vitæ privatæ, curandæ rei familiari, Bibliothecæ, nummis cujuscunque generis, picturis egregii operis, & eiconibus inſignis artis, ut & aere expreſſis imaginibus ac picturis colligendis, cujus collectionis ampliſſimæ conſignationes, cum librorum catalogo impreſſæ extant. Uti vero ſatis largis facultatibus præditus, nec eum, ut cælibem, aut uxoris aut liberorum tenebat

cura, novimus noſtrum ſublevaſſe pro modo facultatum egenos, ſtudiisve ſe dantes, juviſſe eruditos eruditionis ac bibliothecæ ſuæ opibus, ita ut ædes illius paterent omnibus ad hæc præſidia confugientibus. Conſtat vero adeo, eum hæc taliaque adminiſtrantem nihil unquam in vita egiſſe niſi ſe dignum, religionem etiam quam profitebatur, reformatam, ſummo coluiſſe ſtudio. Accurata ad hæc & in ſingulas horas fere dimenſa vitæ illi ratio, in qua commode & tranquille numquam aliquod publicum officium ambiens, ſed Deo, amicis, ſibique relictus, æquus obviusque omnibus, gravis nemini, conſenuit, uſque ad diem quo denatus eſt, VII. Octobris CIↃIↃCCLXI. ſuperſtes. Ita vero vixit & humanis exceſſit, vir candidiſſimus, patriæ decus, Germaniæ honos, deſideratus amicis, mihique; raro exemplo, nec invidis nec inimicis unquam expoſitus, cum latere, ſuis ſupereſſe ſtudiis, & a delectis tantum noſci, prodeſſe vero omnibus, cuperet. Eſt aliquid vivere Numini ſibique, mundanos honores contemnere, nec inimicitia nec invidia premi, conciliare ſibi quosvis, lædere neminem. Molliter cubent viri eruditi oſſa; qui dum ſupererat, amabatur, ſuſpiciebatur, poſt fata autem pro ſuo in rem Germanicam ſtudio prædicabitur, & prodeſſe in ævum perget.

§. III.

Hæc de LAIRIO quondam noro. Quid vero ille in Speculo Alemannico ornando præſtiterit, tum nos alias diximus, (a) tum PRÆFATIO illius exponet pluribus. Hanc vero eruditam præfationem dum excito, id certe non eo pertinet, ac ſi cuncta, quæ illic prolata, mea facere velim. Sunt enim multa, in quibus me ſeorſim ſentire dudum noverunt eruditi. Sunt alia præprimis §. I. pag. 8. nota o. dicta, quæ cum iis, quæ recens ſupplevi (b); conferenda, nec reliqua etiam ſine examine probanda ſunt. Uti vero ego in aliorum ſcriptis religioſiſſimus, nihil autoris ipſius meditamini detractum, aut mutare aliqua etiam in melius volui.

§. IV.

§. III. (a) *Gedancken von dem Deutſchen bürgerlichen und Staats-Rechte* toto cap. IV.

(b) Tractatu de collectionibus Jur. Germ. §. 89. pag. 93.

§. IV.

Quædam tamen egimus Koenigius egoque, quæ forte lectores probabunt. Primo præfatio, illius instituto, cum cura conversa est in latinum idioma, una cum Glossario ac indice, cum Lahrius noster Germanico sermone esset usus. Ego vero totum speculum &/jura feudalia recognovi, versionem latinam, qua non erat, addidi, ubi apud Schilterum talem inveni, in quantum ea satis idonea videbatur, parata secutus sum, in iis quæ non satis appositè translata judicabam, meo sensui indulsi, unde multas passim differentias deprehendes. Nec ab aliquibus notis, quibus nomen meum adscriptum est, mihi temperavi; satis tamen parce, ne alienum opus nimis interpolarem.

§. V.

Uti vero haud improbabam, Lahrium nostrum fundi loco substraviſſe editioni suæ & præbuisse tale exemplar, quod eo tempore typis impressum, quo Jus Alemannicum, in quam maxime viridi erat observantia, & ex Codicibus satis probis desumtum; (a) ita tamen non incommodum videbatur, etiam vetustius aliquod addere, quo anterioris scripturæ ratio conservaretur simul. Delegi vero hunc in usum antiquissimum Codicem Viennensis Bibliothecæ pergamenum Ambrasianum, formæ folii oblongæ, clementissime ac perbenigne concessum, & ea quidem exacta diligentia, ut singulis foliis codicis hujus, singulæ paginæ typi respondeant, paginæ Codicis MSC. autem stellis a se invicem secernantur. Eorum quotquot novimus, hic certe & ætate, & usu ipsorum Austriæ ducum præstantissimus, cujus specimen aeri simul inciſum. Et satisfecimus jam alias Cl. Grupenio, huic Codici non satis æquo (b), cui vel Oldenburgicum tot annis juniorem prælatum vellet; cum nostrum quivis in hac arte non novi, ad

Secu-

§. V. (a) Ita e. g. c. 256. §. 15. gloſſema illud, de quo *Comment.* de Collect. LL. Germ. §. LIII. egi latius, non habet.

(b) Cit. opusc. de collect. Legum Germ. §. 76. 77. 122.

Seculum XIII. ejusque finem sint relaturi. Si hac in re Cl. GRUPENIUS obstrepere pergat, ego omnium rei peritorum, qui Codicem hic inspexerunt, consensu munitus, eum talem denuo affirmabo. Hæc res tamen ideo ad Imperii aliquod tribunal non deferetur.

§. VI.

Specimen profecto supradictum omne dubium tollet, & vel absentium judicium diriget. Numeri vero capitum codicis Viennensis a me sunt profecti; cum antiquus quidem capitum Syllabus in Codice adfuerit, sed ita comparatus, ut e. g. quatuor aut quinque capita unico folio inscripta, facilioris tantum evolutionis causa, simul computarentur, cum tamen rubra minio delineata, majorem longe capitum numerum reapse demonstrarent. Absque vero hoc si fuisset, lectoribus codicis nostri non omnino eramus satisfacturi, ob relictam in allegando difficultatem. Correctioni nec Ill. KOENIGIUS vacare utplurimum potuit per absentiam, nec mihi illud integrum, cum folia huc transmittere emendationis causa, antequam excuderentur, & sumtus nimii, & moræ typothetarum rationibus plane adversæ fuerit, futurum. Et vidimus errata aliqua, quibus nec ipsis mederi integrum erat per erratorum indicem, MSCto Francofurti, me autem hic constituto. Figuræ inde quas ornatus causa alicubi in hoc volumine additas contemplaris, ex meo Codice, sunt Alemannico picturis ornato, quem V. tum appellare soleo.

§. VII.

Conservaverat LAHRIUS quondam noster antiqui sui impressi numeros & capitum & paragraphorum. Nec nos hic aliquid migrandum esse censuimus, præsertim cum illius remissiones his numeris responderent. Schilterianam tamen rationem ut magis adæquatam simul ut plurimum adscivimus, Lahrianis numeris majori Romano charactere, Schilterianis & nostris Arabico expressis. Nec tamen vel Schilterianis, ubi rei ratio aliud poscere videbatur, ita adstricte hæsimus, ut

non in lectorum commodum & nobis aliquid permitteremus. Quæ vero LAHRIUS aliunde adsciverat, aut SCHILTERUS in supplementis non distributa adjecerat, nos, uti commodum, dispunximus. Quod certo lectoribus haud ingratum accidet.

§. VIII.

De anterioribus Speculi nostri editionibus jam disseruit LAHRIUS, sed aliqua addenda sunt. Nimirum prodiisse editionem Heidelbergensem anni CIↃCCCCCLXXII. si autori meo fides (a), notam esse editionem apud Antonium Sorgen. CIↃCCCCLXXX. Augustæ in forma folii curatam, quam textus loco substravit LAHRIUS. Prodiisse eodem anno aut circa illum editionem Ulmæ aut Reutlingæ factam anno carentem, quam possedit B. BRUNNQUELL (b), referri tres alias, unam in folio majore, typo satis eleganti, quali circa confinia Seculi XV. & XVI. utebantur, carentem nomine typographi, impressionis, & anni, olim *Gregorii* BICCII, postea *J. G.* SCHERZII; alteram ex bibliotheca Universitatis Argentinensis, minoris folii & itidem sine loco, die, consule foras datam 136. foliorum in margine summa additorum; Tertiam olim *Casparis* BITSCHII postea SCHERZII jam dicti, ejusdem conditionis CVII. foliorum numeratorum in utraque pagina, quæ non longo adeo intervallo se invicem editione secuta, putat is, quem hic sequimur *J. G.* SCHERZIUS (c).

§. IX.

Hupfuffianam Argentinensem editionem annis 1505. & 1507. in folio prodiisse aliis credo (a), ultimam vero lustravi Francofurti. Et alibi jam deduxi, quam ob causam acciderit,

§. VIII. (a) Remitto hic ad dicta *tr.* de collection. Jur. Germ. p. 114.

(b) Histor. Jur. P. IV. cap. 6. §. 25. p. 451. ed. Belg.

(c) SCHILTERIANI thesauri Tomo II. p. 5. præf. Spec. Alemannici.

§. IX. (a) BRUNQUELL. & SCHERZ. l. c. B. G. STRUV. Hist. Jur. p. 490. seq.

derit, ut postea editiones non repetèrentur, TENGLERI spe-culo cuncta obsidente; cujus autoritatis hactenus non satis no-tam historiam compendio retuli (b). Sed dabo adhuc locum qui huc præcipue spectat, quique satis simul demonstrabit, cur editiones SPECULI ALEMANNICI aliquo tempore cessa-verint, cum SPECULO SAXONICO, eadem fere pandente, loco Alemannici in tabernis librariis rarioris, tum alias, tum etiam in Bavaria quoque, una cum Tenglero uterentur. Sci-licet prodiit 1531. forma folii Monachii *Instructio officialium & subditorum Bavaricorum* privata autoritate, cujus hic titulum in subjecta nota (c) do. In hoc satis ignoto usque huc libello, quo modo Judex provincialis jus administrare debeat, edisseri-tur, in præfamine autem dicitur, librum hunc etiam utilem fore illis, qui in inferiori Bavaria Juri præsint, ubi jus provin-ciale Bavaricum non observetur, licet ille secundum Jura su-perioris Bavariæ compositus sit, addita ratione: *So möchte doch gut seyn, (nachdem das den merern Tayl nach den Kayserlichen geschriebenen Rechten gesetzt,) die richter hettens auch, bey der Hamd, es gäbe ie doch, zum wenigsten, als vil anweisung als des* TENGLERS *Layenspiegel,* DER SÆCHSISCH Spiegel, *und andere dergleichen* TEUTSCHE rechtbücher.

§. X.

Vides ergo inde, quam misera fuerit hac ætate conditio rei judicariæ Germanicæ. Jurisdictioni enim præsidentes, pro arbitrio suo, modo speculo *Ulrici* TENGLERI, modo Jure CIVILI

(b) *Cit. Tr.* de collection. Legum German. §. 133. sqq. late.

(c) *Ain Laysche Anzaigung und denen, die ordennlich, oder bevol-hen, Oberkait halen, als Hofmarch und Gerichtsherre, Pfle-gere, Richtere, Gerichtsschreibere, auch der Stött und Schran-nen-Rednern (welche sunst der Lateinischen Gerichtsübung oder Gebrauch, guetlicher Ausrichtung, und Verwaltung, nit mehrers Wissens haben,) auch in gemain, allen inwonern des löbli-chen Hauss und Fürstenthumbs Bayrn zu dienst, und guetem, in Drukh geben worden. Gedrukt zu München durch A. Schobsern.*

civili Romano, modo Speculo Saxonico, modo aliis libris Juris Germanici, interque eos haud dubie Speculo Alemannico utebantur. Notes vero simul, Speculum Saxonicum, vel in ipsa Bavaria, ut mores eosdem præbens esse consultum, una cum antehac unice in Bavaria regnante, & ideo ubilibet in judiciis reposito Speculo Alemannico; ideoque etiam ex parte, usque ad *Sebastianum* Meichsnerum, cessasse Speculi Alemannici novas impressiones, ipsa re tamen per Speculi Saxonici, ipsiusque Alemannici, si haberetur, conjunctum usum, utcunque salva.

§. XI.

Varia interea media a majoribus nostris adhibita, quibus juris incertitudini succurrerent, & inter præcipuos hujus rei artifices fuit *Justinus* Goblerus Goarinus, J. V. D. & Consiliarius Nassoico-Cattimeliboceusis, cui nos debere *Statutenbuch, Gesatz, Ordnungen und Gebräuch Kayserlicher algemeiner, und etlicher besonderer Land- und Stattrechten zu Frankfurt* 1558. *fol.* non addito nomine, & sæpius excusum librum, certum fere est. Sed majus etiam ille ad modum Tengleri, quem non sufficere videbat, opus molitus, ubi & Romana & Germanica jungere tentabat, sub titulo, quem margini, ut grandiusculum inscripsi (a). Pars I. agit de personis regentium & subditorum. II. de libris Juris, statutis & privilegiis. III. de Contractibus, retractu, &c. IV. de Successionibus tam ex testamento, quam alias. V. tituli & modi acquirendi dominii. VI. Actiones. VII. procedendi forma civilis. VIII. Criminalis. IX. res feudalis. X. Jus publicum traduntur. Conamen hoc uti magno plausu exceptum, ita 1550. 1551. 1552. (quod certo novi) in folio Francovadi excusum, imo Belgice Antwerpiæ 1560. fol. prodiit, nec

mea

§. XI. (a) *Der Rechten Spiegel auß natürlichem, den beschriebenen, gaistlichen, weltlichen, und anderen gebreuchlichen rechten, auch gemeynen, im heiligen Reich teutscher Nation, Constitutionen und Ubungen zugericht allen Oberkayten, Regimentsräthen, Gerichts- fürnemlich layschen Personen, Amptleuten, Regenten, Befehlhabern, und Undertonen zu wissen von Nöten und nützlich: durch Herrn* Justin Goblern *&c. mit Kayserlichen Gnáden und Privilegien. Frankfurt.* 1558. *fol.*

mea indagare intereſt, utrum pluries, id quod facile credo. Tam TENGLERUS vero quam hic in necem fontium Juris Romani ac Germanici, quorum utrumque ex practicis illius & ſuperioris aevi ſcriptoribus tantummodo fere referebant, erant comparati.

§. XII.

Sed vicit fortuna utriusque Juris. Quam primum fontes loco harum collectionum vigorem ſuum in jure Romano receperunt, atque loco lacunarum aditi, & SPECULUM ALEMANNICUM vim ſuam in forma talem, cum reliquis patriorum Jurium fontibus recuperavit (a). Secutæ illius editiones, quod illic refero tres, ſucceſſit uſus crebrior, explicata inde Juris Publici ac privati capita, & TENGLERUS cum GOBLERO, hiſce fontibus in forum reductis ſepulti ſunt, uterque lectione non plane indignus. Sprevit nimirum recentiorum temporum ſecta, & Jure, omne illud quod ex rivulis turbidis deductum, & *Sebaſtiani* MEICHSNERI typi tres, ita ſtatim divenditi ſunt, ut *Melchioris* GOLDASTI nova editio, licet non omnibus numeris perfecta, avide exciperetur, & hac ſe eo uſque Germani ſatiarent, donec magnus in omni re juridica *Joannes* SCHILTERUS, novam editionem ſubſidiis undecunque corrogatis, circa annum CIↃIↃCLX. moliri inciperet.

§. XIII.

Uti Conatus hic erat ingens, ampli ſtudii, diffuſæ perquiſitionis, & inſignis ſumtus, diu ſatis vir huic labori par, in eo elaboravit, & utut aliqua per vices ei contingerent, LAMBECIUS etiam cum pro virili juvaret, res eſt de die in diem dilata. Interim SCHILTERI conatu non ignoto, *Huldrici* EYBENII, & aliorum circa Speculum noſtrum, ex litteris mihi nota molimina, ſufflaminata aut everſa ſunt penitus. Et extruſit quidem ille, de quo conſulatur LAHRIUS noſter, Jus feudale Alemannicum cum Commentario ſatis egregio, ſed pluribus indè Argentorati inſtructus ſubſidiis, ex ipſa etiam Gallia petitis, tantum laboris invenit, ut tandem operi, quod meditabatur, immoreretur. Commodum vero accidit, ut Vir in ſpem horum ſtudiorum natus B. *Joannes Georgius* SCHERZIUS, Anteceſſor Argentinenſis, tanto oneri ſuccederet, & Speculum Alemannicum rectius

§. XII. (a) *Tract. mei* de collection. Jur. Germ. §. 119. ſeqq.

rectius instructum, Ulmæ 1727. in folio, Tomo II. Thesauri Antiquitatum Teutonicarum Schilteri, anno 1727. in forma folii sisteret.

§. XIV.

Hæc est illa editio, quæ præcipue commendari meretur, longe rectius digesta, versione latina usui commodior facta, tot codicum MSC. collationibus ditata, atque tandem magis perfecti quid sistens. Quæ vero interea lucem viderunt, *Joh. Stephani* BURGEMEISTERI; Juris Provincialis ex codice Ingolstadiensi *Joannis Friderici* SCHANNATI, juventæ nostræ in his studiis olim ducis; *Joannis Augusti* Nobilis Domini DE BERGER; in se quidem semper singulare quid habentes libri nostri repetitiones, probandæ quidem, sed usui non satis accommodæ sunt (a). Diu autem expectata *Jacobi Friderici* LUDOVICI recensio, de qua Lahrius noster sermonem serit, haud eam supergressura erat industriam, quam Juri Saxonico emittendo ille dedit.

§. XV.

Sed deerat etiam post SCHERZII curas aliquid, & facile id sentient omnes. Nemo jure requiret a B. viro, ut videlicet tot tantisque curis simul immersus, & indices adderet, & curaret reliqua, eruditorum votis expetita. Expectare nos tale quid jusserat, Cl. GRUPENIUS, postquam Codicem Oldenburgicum Juris Alemannici deprehendit, anno CIↃCCCXXXVI. jussu Comitis Oldenburgici curate descriptum. In eo vero forte falsus fuit GRUPENIUS, quando hunc omnes, qui in orbe erant codices, ideo, quia annus adscriptus, superare, imo reliquos ad hanc ætatem non ascendere contendit. Nolim hoc argumentum ulterius considerare, cum id jam fecerim (a). Sed ex anno uni alterive codici adscripto, non sequitur, reliquos esse recentiores. Ut in nostra specie subsistamus, dederat editionem Sorgius anni 1480. eo adjecto, aliam Hüpfupffius Argentorati 1505. Sed certe antiquiores ac forte meliores adsunt (§. VIII. IX.) ubi annus desideratur. Nec nostra interest admodum, si Cl. GRUPENIUS non utatur Codice omnino antiquissimo, modo magis curatum, etiam aliis juniorem sistat. Eum vero expectabimus, vi-

§. XIV. (a) BRUNNQUELL Hist. Jur. P. IV. c. 7. n. 26. HEINECCIUS Hist. Jur. Lib. II. §. 81.

§. XV. (a) *d. Comment.* de collect. Jur. Germ. §. 77. seqq. & passim.

furi, num Viennenſi (§.V.) non ætatem, de qua cum eo nulla mihi amplius lis erit, ſed adcurationem, id quod fieri poſſet, dubiam reddere queat majorem. Si vero ulterius tardet, tantum prædicatum codicem, quem novimus, illo elogio non ſatis dignum fuiſſe credemus.

§. XVI.

Ad manuſcripta autem Speculi noſtri cum dilapſi ſimus, eorum quidem, quæ in manibus noſtris ſunt, ſatis amplum recenſum dedimus, aliorum etiam aliquorum notitiam ſubnexuimus nuper admodum (a). Nec putemus uſque huc privatam aliquam collectionem fuiſſe ditiorem. Sed B. SCHERZIUM ad XXI. conferri curaſſe ubilibet conquiſitos, aliorum relatione ſcimus. Et extant in Auſtria ſola ac Bavaria centuriæ Exemplarium, cum liber hic fuerit ſolennis judiciorum Juridicus. Nec numerum adeo codicum horum, qui adhuc ſuperſunt, vel inire facile eſt. (b). Perierunt vero longe plures, priorum temporum contemtu ac inſcitia, *Joh. Jacobo* MOSERO autem & aliis indicia debemus, quæ hic non cumulabimus, & novimus MSCtos plures, alio tempore indicandos.

§. XVII.

Dicat vero forte aliquis hæc legens, cur non tantis copiis paratis, & noſtris & aliis in Lahriano opere augendo ac perfectiore reddendo uſi non ſimus. Nos autem ſimplici reſponſo defungemur, tempus id agendi haud fuiſſe homini propriis oculis cernere aſſueto, nec rem aliis committere volenti. Ad hæc nolebamus nobis nimium in alieno opere ſumere, quod vel ſic, ob collatum Codicem Jungianum optimæ notæ, & adhibitos Schilterianos Scherzianosque labores, eruditis ſe ſatis commendare poterat. Et in id genus, laboribus alienis admodum diffidare poterat. Et in id genus, laboribus alienis admodum difficile ſemper, falcem immittere.

§. XVIII.

Prima vero omnium hæc Lahriana editio eſt, ubi & gloſſarium & index, cum notis perpetuis Speculo Suevico adjiciuntur, & ita quidem, ut index ille omnibus fere Speculi Alemanci differentibus editionibus, & Juri Saxonici Speculi, æque adhiberi queat. Omnes enim, quæ huc usque extant editiones, & notis & Gloſſario, & indice adæquato carent. Hanc vero ob causam ego noſtri labores omnibus, qui eum præceſſerunt, prætuli (a). Et eruditus orbis gaudebit Speculi Alemannici Codice cuncta illa

§.XVI. (a) *d. Comment.* de Collect. Jur. Germ. §. LXXX. ſeqq.
(b) Conſul. GONNE de commento Speculi Suevici §. XI. XIV.
§.XVIII. (a) Cit. libro *Gedanken* cap. IV. & in præfat.

illa continente, quæ in omnibus huc usque editis exemplaribus & iis MSCtis, quæ B. defuncto LAHRIO adhibere licuit, deprehensa fuerunt. Uti vero quisque fere plura adscripsit, ita nec sic quidem dicere licebit, cuncta nostrum complexum, quæ unquam Speculo Alemannico fuerint illata, potiora tamen, ac Jus commune concernentia, omnino suppeditabit. Et B. LAHRIO etiam ideo omnes gratias agent, quia concordiam inter editiones hactenus factas instituit, ita ut illius indice adhibito statim sciatur, quid in quaque editione reperiendum sit.

§. XIX.

Cum etiam Jus Saxonicum ubique contulerit, inde consensum utriusque horum Jurium obtueri dabitur, nec forte amplius posthac quæretur, uter SPECULATORUM alterum exscripserit. Imo cum ego demonstraverim, Saxoniæ semper sua Jura fuisse peculiaria, cæteris vero Germaniæ incolis cuncta communia; ex rerum analogia duas collectiones instituere necessum erat, alteram pro reliqua Germania, alteram pro Saxonia. Originem & unam & alteram duxisse a constitutionibus Friderici I. de pace publica, & jam olim, & nuper etiam asserui (a). Nec video cur sententiam mutare debeam, tot testibus antiquis munitus. Profecerunt inde collectores ex CAPITULARIBUS, ex JURE CÆSAREO, WEICHBILDO, COLLECTIONIBUS Jurium antiquorum, & undecunque. Eorum successores contra mutuo alter alterius additamenta exscripserunt, nec alia hujus rei ratio iniri potest. Factum id præcipue in publicis regni conventibus, ubi cuique sui Juris libri præsto esse debebant, & eodem modo majores processisse existimo, atque Anglo-Saxones in Chronicis juste ordinandis (b), quæ itidem in conventibus regni a scribis conferebantur, atque perperam posita emendabantur. Certe hujus

conso-

§. XIX. (a) *Tract.* de collection. Legum Germ. §. LVI. LX. sqq. CII. CVIII. & passim.

(b) *Edmundus* GIBSON præf. ad Chron. Anglo-Sax. p. 3. §. *Codicibus* &c. (ed. Oxonii 1692. 4. mai.)

consonantiæ utriusque speculi in quampluribus non nisi hic indagandi modus supereſt. Elucet etiam inde, libros hos publice fuisse probatos, neque enim alias alter alterum, in usum suæ gentis erat expilaturus, si non Jura vulgo recepta se describere putasset. Et adscripta deinde a quoque, quæ in regione sua judicata, aut alias obtinebant.

§. XX.

Hinc utrque horum librorum *Keyserrecht* dictus. Hujus vero vocis quæ vis sit, tum a nobis ample satis demonstratum, tum etiam *B. Christian Gottlob* HALTAUSIUS loca huc facientia conduxit, ex quibus constat, & Jus Romanum & jura patria Speculorum, ob usum communem esse *Kayserrecht* & *Landrecht* compilata, nec in hac re, usque ad somnia Doctorum, Seculo XVI. orbi propinata, ullum fuisse dubium (a). Hinc ex illis formatæ Jurium decisiones, quarum plures attulimus, & novissime id genus exemplum à V. C. *Samuele Friderico* BOEHMERO prolatum (b), quod quamvis ille JURI LONGOBARDICO aptaverit, vix tamen

§. XX. (a) HALTAUS Glossarium, voce *Kayserrecht* p. 1075. & voce *Landrecht* p. 1171. seq.

(b) Observat. feudal. obs. 1. §. 19. p. 62. sqq. anni 1321. ubi semper ex τῶ *Keyserrecht* deciditur. *Joh.* DE FORDUN Scoto Chronicon ex edit. Walteri *Boweri* (Edinburgi 1752. f.) Volum. II. Lib. XVI. cap. 39. pag. 516. cujus verba excerpemus, quia valde & admodum notanda sunt, hoc modo:

Ideoque statutum est convenienter in plerisque regionibus, &, ut audivi in Anglia, *quod unumquodque Monasterium, a regibus fundatum, haberet de ipso loco suum* certum scribam, *vel scriptorem, qui omnia notabilia tempore Regis, saltem in regno, vel e vicinis, contingentia, secundum quod veritas facti se haberet, cum dato annotaret, & ad* proximum generale concilium *post obitum regis* omnes illi chronographi convenirent, *& sua vere dicta, sive scripta, in medium producerent, &, electis a concilio sagacioribus & in talibus peritis & expertis, scripta examinarent, &, diligenti habita collatione, de congestis summarium extraherent, & chronicam compingerent.* Ac in cœnobiticis Archivis librariorum

tamen fiet, quod pace viri eruditi dixerim, ut quis vel micam illius in toto monumento deprehendat, quod penitus & in cute scitis Juris Saxonici, non aliis conforme est (c). Adeo vero de hoc viridi usu utriusque speculi in re forensi nullum dubium, ut ego putem, nostro ævo quod vivimus, ne unicum quidem post hac fore, qui vel de illo adhuc disputare sit ausurus. Et eo ut id accidere nequeat, certe comparatum est totum a me sæpius adductum opus *de collectionibus Juris Germanici*, quod dum hæc scribo, Lipsiæ ad umbilicum deducetur, & in his nundinis vernis comparebit. Deduxi illic plane, specula nostra olim RECESSUM IMPERII instar aliquod habuisse, & usque ad recentiora tempora in ea conditione fuisse reposita. Nec forte quisquam ampliores probationes requiret.

§. XXI.

Sed satis usque huc de speculis, eorumque autoritate. Dicas hæc antiqua esse, & superiorum temporum, nec nostra secula sapientiora indigere privatis aut indigestis ratiociniis, quæ loco jurium Germaniæ obtrudantur. Sed ego tuto asserere possum, eum in Germania Juris Consulti nomen haud cum re assecuturum, qui non nocturna diurnaque manu versaverit, & alias leges rum pro Authenticis chronicis, quibus fides daretur, scripta reponerent, *ne temporum labilitate memoriæ gestorum in regno deperirent. Sic consulerem Regem nostrum velle constituere, ne si præsens opusculum cum annali, sic ut præmittitur describendis, quod absit deperdatur, probitatis præcedentium memoriæ Regum & Pontificum, procerum & illustrium virorum, quoad incitamenta virtutum, & cautelam dispendiorum, ob culpam incurie ignaviter amittantur.*

Et cogita hic simul de iis, quæ intuitu SPECULORUM Opusculi de Collectionibus Juris Germanici §. 74. 75. 122. diximus, ubi simul ea ad Comitia esse asportata, & illic collata, satis probabiliter colligere licet.

(c) Ut id a me demonstratum *in Zusätzen zu dem Leben des Anton Minuzzi von Pratovechio* §. penult. *Wienerischer Nachrichten* Parte II.

ges Germanicas antiquiores, & præcipue ſpecula. (1) Enim pacta, contractus, chartas feudales, Hiſtoricos & leges illius ævi, quin ipſam etiam Auream Bullam haud intelliget, aut privilegia ſtatibus membrisve Imperii per vices conceſſa explicabit, niſi ſpeculo utroque adhibito. (2) In ſtatutis hodie adhuc per totam Germaniam vigentibus cæcutibit, quæ aut ante Seculum XVI. condita adhuc hodie obſervantur, aut tamen ex conſuetudinibus priſcis, recentiore ævo compoſita, vel LIBRI CONSUETUDINARII, pro deciſionibus litium, ut in *Bohemia*, *Auſtria*, *Bavaria*, juxta ſervantur, & ſimul adhibendi ſunt. (3) Ignorabit fontem totius Imperii tantum decantatæ obſervantiæ, &c. g. nec Juramentum regis nullibi alias expoſitum, nec qualitates ſciet, niſi cap. CV. CVI. SPECULI ALEMANNICI, ex edit. *Schilter*. evolvat. Et ita in aliarum rerum centuriis. (4) In omni juris privati ac publici parte, præſertim conſuetudinaria hærebit, (5) Jus feudale, quod nobis eſt mere Germanicum, nunquam addiſcet, (6) Jurisdictionem patrimonialem dominicam, Jurisdictionem in perſonas civilem ex ſubjectionis lege, Jurisdictionem majorem ſive criminum, Juraque inde pendentia, horumque omnium diſtributiones, nemo ſine ſpeculis noſtris, præcipue c. 74. ſeqq. & c. 242. ſeqq. SPECULI ALEMANNICI ejusdem edit. intelliget, aut ideo natas lites rite dijudicabit, adhibitis tamen ſimul reliquis Juris patrii ſubſidiis. Denique (7) neque communem Imperii, neque etiam Judicii cameralis & Conſilii Imperialis Aulici procedendi modum, a tot ſeculis traductum, & mere Germanicum, unquam rite explicabit, aut in eo pro dignitate rei verſabitur, niſi Jura Germanica; præſertim ſpeculorum, calleat ex aſſe. Inde vero jam neceſſitas horum jurium excolendorum ſatis patebit. Et ex his Juris aviti laciniis, (8) etiam exteri, *Galli*, *Angli*, *Sueci*, *Dani*, eodem nobiſcum diu Jure uſi, cum verſio latina addita, ſua irrigare diſcent. De *Belgis* enim *Helvetiisque*, vel ſic nemo dubitabit.

§. XXII.

Et Speeula quidem, non privatum aut particulare Sueviæ aut Saxoniæ, ſed *commune aliquod jus*, in uſum Suevorum, Francorum

corum ac reliquorum, ut & Saxonum Juri Imperiali æque subjectorum congessisse, ab aliis jam egregie est deductum (a) simul autem demonstratum, *Sebastianum* MUNSTERUM & *Melchiorem* GOLDASTUM *ab Haimensfeld*, nimio rerum Suevicarum amore, Jura hæcce SPECULUM SUEVICUM loco *Keyserrecht* sive *Landrecht* dixisse, injuriam loco honoris, Juribus suis in tantum adamatis facientes. Ita vero sæpe & in amore decipimur. Nec Speculi Suevici etymon ulli unquam scripto aut impresso codici ante GOLDASTUM hæsit (b). Cumque hæc Jura una cum CÆSAREO à me edito, sint Jura Germanorum communia novissima, Imperatoribus Seculo XIII. & XIV. quin *ipsi* AUREÆ BULLÆ probata, à nemine abrogata, unice ex eo *tempore* quo Imperium adhuc magis cohærebat reliqua, nulla lege universali, aut consuetudinum collectione pro tota Germania, postea usque ad nostra tempora unquam confecta, RECESSIBUS ipsis tantum in supplementum adscitis, hi unici sunt fontes, ad quos *Jura nostra universalia* exigi debeant.

§. XXIII.

Potius ergo ad hos, in quantum tum prodierant libros, se conferre debebat, ac iis reliqua ex recentiore Germanorum Jurisprudentia addere B. HEINECCIUS, quam Juribus antiquis Germanicarum gentium à LINDENBROGIO aliisue editis, ut & ipsis CAPITULARIBUS, in *Elementis Juis Juris* Germanici nimis deferre. Condita sunt hæc Jura nostra, antiquiora partim abrogantia aut emendantia ac supplentia, in ipsa Germania magna, cum contra illa, quin & ipsa CAPITULARIA sæpe mores illos & Jura pangant, quæ Germanis in exteras acquisitas regiones delatis, aut pro conditione illorum temporum congrua visa, nec ad posteriora secula, ex quibus supereſt *observantia*, adeo, & minimum illustrationis causa tantum pertinent. Sint Speculorum & reliquorum id genus librorum scita squalida, trahant aliquid a labe, ignorantia, aut etiam superstitione temporum; nihilo minus erunt summe utilia, & decisionum fontes in quam pluribus adhuc hodie in multis Analogiæ rationem præbebunt.

Et

(a) GONNE de commento Speculi Suevici (Erlangæ 1753. 4.) §. præcipue X. sqq.

(b) SENCKENBERG de collection. Jur. Germ. §. CII.

§. XXIV.

Et ita quidem Volumini II. prælocuti ſumus, illudque damus. Atque in eo etiam hac vice ſubſiſtemus. Abſoluetur ergo hæc collectio duobus Voluminibus, Leges illas pandens, quæ alias aut plane non, aut minus rite erant emiſſæ, vel etiam cum difficultate in majoribus operibus evolucbantur. Animus erat olim addendi plura, ſpeciatim SPECULUM SAXONICUM ac JURA BAVARICA, cum collectione STATUTARIA. Nec defuiſſet materies, & laboris plurimum jam itidem exhauſtum. Meæ vero rationes haud ferunt, ut operi tam laborioſo, & pro commodo publico, pro quo bibliopolæ cuncta gratis concedo, ſalvis aliquibus exemplaribus, non parvi mihi ſumtus, diutius immorer. Adhæc LAHRIUS noſter jam SPECULUM SAXONICUM ubique contendit, & cum editiones in eadem chartæ forma ſint facile parabiles, in omnibusque tabernis habeantur, Cl. autem GRUPENII nova editio expectetur, in LAHRII diligentia hactenus acquievi, imo nolui GRUPENII exaſciato labori obeſſe. Et hæc quoad Saxonica. Bavaricorum autem corpus ſumtu SERENISSIMI ELECTORIS, magni Muſarum Evergetæ, brevi lucem adſpiciet, ut adeo hac in parte mea opella non amplius ſit opus. Statutaria autem antiqui ævi, & reliqua per vices edi, aut ſi majuſcula ſint, differri poterunt. Cl. LAUHNIUS itidem forte Saxonicum Speculum auctum, & vulgati origines nobis producet. Cumque MECKBACHIANÆ editionis Speculi Saxonici cum Commentario Pars I. jam extet, II. autem expectetur, mea in Saxonicis diligentia eo minus ab eruditis deſiderabitur. Ego Stylo vetere Alemannus in Alemannicis ſubſiſto, ea, quæ ad Vicariatum *Juris Franconici, Sueviæ, ac Rheni pertinent* (a), præcipue in oculis habens, & quæ potui, non quæ volebam, dans. Omni ex parte perfecta autem ut fiant omnia, CELSISSIMORUM VICARIORUM hujus partis aliquando cura erit, qui cum litteras uterque clementiſſime protegant, & huic rei haud deerunt. TV vero Lector bene rem gere, & noſtris curis æquum TE præbe! Dab. Viennæ 10. Kal. Majas CIↃIↃCCLXV.

(a) adde *Commentat.* de collect. Jur. Germ. §. 124. ſqq.

HIE-

HIERONYMI VON DER LAHR
J. V. L. FRANCOFURTENSIS

PRAEFATIO
AD

SPECULUM ALEMANNICUM

AB IPSO CURATUM,
UBI AGITUR

I. De auctore Speculi Alemannici II. utrum Speculum Alemannicum, an vero Saxonicum antiquius sit? III. de auctoritate usuque Speculi Alemannici. IV. de erroribus auctori Speculi Alemannici objici solitis.

IN LATINUM SERMONEM TRANSLATA.

PRAEFATIO.

ARGUMENTUM.

§. 1.

Hujus editionis occasio & admi-nicula. §. 2. De persona auctoris Speculi Alemannici. §. 3. An Speculum Alemannicum ab una vel pluribus personis sit compilatum? §. 4. Auctor Speculi Alemannici verosimiliter fuit Ecclesiasticus. *Ratio Ima:* Quod compilationi suæ tot locos ex Jure Justinianeo inseruit. §. 5. *Ratio IIda:* Quod Pontifici tantam potestatem, illimitatamque auctoritatem attribuit. §. 6. *Ratio IIItia:* Quod tot Leges Mosaicas, aliasve ex Bibliis depromtas historias atque doctrinas, utut præter necessitatem & utplurimum absque usu, operi intexuit. §. 7. *Ratio IVta:* Quod confitetur, concubinatum sibi esse prohibitum. §. 8. Speculum Alemannicum in tractu Rheni & Nicari fluviorum esse elaboratum. §. 9. Utrum Speculum Alemannicum, an vero Saxonicum sit antiquius? §. 10. Hoc ex collatione utriusque Speculi est eruendum. §. 11. Speculum Saxonicum Alemannico esse antiquius. *Ratio Ima.* §. 12. *Ratio IIda.* §. 13. *Ratio IIItia.* §. 14. *Ratio IVta.* §. 15. *Ratio Vta.* §. 16. *Ratio VIta.* §. 17. Speculi Alemannici natales quærendos esse intra annos 1253. & 1290. §. 18. Ulterior probatio, Speculum Alemannicum non posse esse compilatum priori Seculi XIII. semisse. §. 19. De auctoritate & usu Speculi Alemannici. Quæ a nonnullis nimium extollitur. §. 20. Alii vero in omnia contraria eunt. §. 21. Speculum Alemannicum a Dn. Cancellario DE LUDEWIG modo laudatur, modo culpatur. §. 22. Speculum Alemannicum quondam magnæ fuisse auctoritatis. §. 23. De usu Speculi Alemannici moderno. §. 24. de erroribus auctori Speculi Alemannici objici solitis. Hi triplicis sunt generis. §. 25. *Primum genus* constituunt errores Speculo Alemannico cum Saxonico communes. §. 26. *Secundum genus*, errores Speculi Alemannici auctori proprii. §. 27. *Tertium genus*, errores, qui lapsu & negligentia scribarum in Speculum Alemannicum irrepsere. §. 28. Utrum hi errores auctori Speculi Alemannici imputati, in genere licet pro talibus habiti, ejus sint indolis, ut illorum ergo Auctoris testimonium de ætatis suæ consuetudinibus suspectum reddere, aut omnino evertere valeant. §. 29. DE ERRORUM GENERE PRIMO, in genere. §. 30. *Hujus classis error primus:* Quod dicat, uti Origenes prophetizaverit, mundi fore ætates septem, ita septem quoque statutos fuisse clypei militaris ordines: Et quemadmodum nos lateat, quando septima mundi ætas sit completa, ita etiam ignorari, an in septimo clypeo militaris ordine constituti juris feudalis sint capaces, nec ne. §. 31. *Error secundus.* JULII CÆSARIS ævo quatuor in Germania fuisse Regna, Saxoniam, Bojoariam, Franconiam & Sueviam. §. 32. *Error tertius:* Bohemiæ Regem, nisi sit Germanus, in eligendo Rege suffragii jure destitui. §. 33. ERRORUM CLASSIS SECUNDA. *Error primus.* Pontificem Imperatori

ratori gladium ſecularem ſive ſupremam jurisdictionem ſecularem feudi jure dare. §. 34. *Error ſecundus*: Quod auctor tot Juris Juſtinianei locos compilationi ſuæ inſeruerit. §. 35. *Error tertius*: Quod autor cauſas exhæredationis ad ſucceſſiones ab inteſtato modo plane abſono applicaverit. §. 36. *Error quartus*: Quod MARCIANUM JURE CONSULTUM faciat Magiſtrum MARCELLUM. §. 37. *Error quintus*: Quod Imperatorem Hadrianum Magiſtri titulo, qui plurimas ſanciverit leges provinciales, inſigniat. §. 38. *Error ſextus*: Quod tot materias ex Bibliis deſumtas Juri ſuo provinciali, & inepte quidem ſæpius intexuerit. §. 39. *Error ſeptimus*: Auctorem ex ſancto Evangeliorum Libro feciſſe Hiſtoriam Scholaſticam. §. 40. *Error octavus*: Quod auctor Carolum Magnum habeat pro Sancto. §. 41. *Error nonus*: Quod contra omnem hiſtoriæ fidem aſſerat, *Leonem* Papam a Civibus Romanis fuiſſe excœcatum. §. 42. *Error decimus*: Quod Leonem Papam faciat Caroli Magni fratrem. §. 43. *Error undecimus*: Quod varia a Carolo Magno erronee derivet, imo aſſerat, in Libro ſuo multas extare leges a Conſtantino M. & Sylveſtro Papa ſancitas. §. 44. CLASSIS TERTIA ERRORUM, ab autore non æque, ac ab incuria & lapſu ſcribarum promanantium. §. 45. *Error primus*: Quod *Lex Aelia Sentia* transformata fuerit in *Legem Eſſentiam*. §. 46. *Error ſecundus*: Quod *Zelaphead* nominetur *Saſapar*. §. 47. *Error tertius*: Auctorem ex *Childerico* effinxiſſe Regem quendam *Leſchandum*. §. 48. An ſupra allegati errores ejus ſint naturæ, ut illorum intuitu Speculum Alemannicum pro fœtu hominis plane inepti venditandi nobis locus ſit. §. 49. De Speculi Alemannici præſente editione. §. 50. In ſpecie, quod Jus provinciale concernit. §. 51. De jure feudali. §. 52. Quare AUCTOR VETUS de Beneficiis fuerit ſubnexus. §. 53. De *vocabulario* hunc inſequente. §. 54. Colophonem denique operi addit *Index*.

PRAEFATIO.

De nova Speculi Alemannici editione mentem vix unquam ſubiiſſet cogitatio, niſi editio adhuc penitus ignota, Auguſtæ Vindelicorum anno 1480. per ANTONIUM SORGENIUM in folio excuſa, hujus dediſſet anſam. Cum enim quondam communis fuerit opinio, Speculum hoc primum Anno 1505. (a) curante HUPFFUFFIO, in lucem prodiiſſe (b); inde mihi ſubnata libido, veterem hanc editionem cum Goldaſtiana, quæ erat ad manus, conferendi. Et hac collatione occupato, numero variantium lectionum haud modico ſeſe offerente, quarum diverſæ ad textum Goldaſtianum emendandum apprime faciebant, iis in uſum privatum adnotandis operam porro inſumebam, de Speculo Alemannico quondam edendo tum nihil omnino cogitans. Exactis vero aliquot annis (c) obtigit mihi honos conveniendi hic loci B. Dn. Prof. JACOBUM FRIDERICUM LUDOVICI, inter alia commemorantem, quod recentem Speculi Alemannici editionem propediem

(a) Vel a 1507. ſecundum SCHERZII aſſertionem in Præf. ad Jus prov. Aleman. p. 5.

(b) Trium antiquiorum editionum mentionem facit SCHERZIUS l. c. in quibus vero omnibus, neque editor, neque locus, neque annus ſunt expreſſi.

(c) Anni præciſe non recordor, videtur tamen mihi annum fuiſſe 1721.

diem curare animum induxerit, cui tum aperiebam, incidisse me in veterem editionem Goldastianæ multis nominibus præferendam, quodve illam cum hac jam contulerim, & omnes lectiones variantes excerpserim, easdem ipsi offerens proposito operi inservituras. Is quidem hanc meam oblationem protinus acceptabat: verum ex ipsius debili & jam tum valde morbida corporis habitu haud abs re conjiciebam, opus ad finem vixe perductum iri, maxime cum viderem, oblatas a me lectiones postea non amplius requiri. Hoc autem efficiebat, ut emendatiorem Speculi Alemannici editionem ipse pedetentim meditarer, hunc in finem veterem meam editionem denuo evolvens, eamque cum præstanti CODICE mſc. JUNGIANO (d) & deinceps cum alio non minus exacto Codice (e) a Dn. DE UFFENBACH, in litterarum Republica sat celebri, ex pretiosa ipsius Bibliotheca benevole mecum communicato, conferens. Hac opera edoctus, editiones prostantes erroribus scatere,

(d) *Ita dicto a defuncto ejus possessore* Dn. MAXIMILIANO ZUM JUNGEN, cujus Bibliothecam relictam Inclytus Magistratus emtionis titulo a. 1690. acquisivit. Is in membrana in folio nitidissime est conscriptus, & quidem probabiliter circa initium XIVti seculi. Scriba Ecclesiasticus fuisse videtur, dum Juri provinciali quinquaginta, & quod excurrit, capita, varias historias Biblicas ex *Libris Regum*, *Maccabeorum* &c. petitas, præfixit, & in ipso *Jure provinciali* novum capitum numerum non inchoavit, verum continuam numerorum seriem produxit, ut itaque primum caput numero quinquagenario insigniatur, præmissa tamen observatione, Codicem Juris provincialis ibi incipere. Dolendum est, priores hujus Manuscripti plagas esse deperditas, ac proinde titulum a scriba toti operi præfixum latere. In ipso Jure provinciali sunt aliquot capita, neque apud Goldastum neque in veteri mea editione extantia; e contrario longe major capitum numerus ibidem deficit, quæ modo dictis in editionibus reperiuntur. Priora debitis locis inserui; deficientia vero sunt sequentia: Cap. 2. 23. 51. 52. 53. 55. 67. 68. 73. 84. 112. 114. 136. 168. 169. 171. 172. 173. 182. 203. 214. 222. 230. 246. 254. 287. 309. 312. 314. 315. 316. 318. 321. 343. 344. Series quoque capitum Juris provincialis a Goldastiana & veteri mea editione plane differt, id quod in collatione haud modicum negotii mihi facessivit.

(e) Codex hic in charta in folio est conscriptus. In operculo intus adscriptum vides: *Anno* 1578 *den* 25. *Aprilis hab ich* PHILIPS HOPFSTETTER *pfarrer zu Dittershausen dem Erbaren Einachtbaren und Hochgelartem Herrn Magister* JOANNI VOLPRACHT *Fürstlichen Fuldischen Rath &c. dieses Buch, darinnen die Wurtzburgischen Geistlichen Recnten beschrieben, aus guter Freundschafft geschencket &c. Diese Geistliche Rechte aber seind nichts anders, als: Bischofs Gotfrids Ordnung, wie es daselbsten vor Geistlichem Gericht solle gehalten und gehandelt werden, samt beygefügter Taxa Judiciali. Gegeben anno* 1446. *und die Reformatio der zentgerichte daselbst de a.* 1447. Hæc sequitur SPECULUM ALEMANNICUM, cui scriba integrum librum, primum nominatum, prætexuit, exhibente varias doctrinas & regulas plurimam partem ex ipso SPECULO ALEMANNICO desumtas, personam & officium Judicis, Scabinorum, Nuncii Judicii, procuratorum, citationes, terminos judiciales in quacunque causa præfigendos, testes &c. concernentes. Hunc excipit liber secundus, sive ita dictum JUS PROVINCIALE, & servato quidem eodem cum prædicto CODICE JUNGIANO capitum ordine, eadem quoque quæ ibi, deficiunt capita; e contrario nonnulla alia hic sunt capita, quæ illic æque ac in Impressis desunt. Hæc itidem debitis locis inserui. CODEX hic, JUS PROVINCIALE quod attinet, correctione JUNGIANO non cedit; JUS vero FEUDALE magna incuria est scriptum, lacunisque & omissionibus abundat; scribam enim laboris demum tæduisse videtur. In fine JURIS FEUDALIS adjectum est: *MCCCC. LXXX Jare auf mitwoche vor Nativitatis Mariæ ist das Buch zu Heyne geschrieben worden.*

ſcatere, multisque laborare defectibus, imo magis corruptas eſſe, quam antea mihi imaginari potuiſſem; in propoſito meo penitus confirmabar. Incepta itaque proſequens, variantes lectiones, a Dn. MOSERO ex Codice quodam Bibliothecae S. Mariæ ad Scotos Viennæ Auſtriorum excerptas, & BIBLIOTHECAE ſuæ MANUSCRIPTORUM inſertas cum veteri mea Editione, nec non cum parte (f) JURIS PROVINCIALIS, quam exhibet Dn. SCHANNATI *Sammlung Alter Hiſtoriſcher Schrifften und Documenten* &c. 1. *Theil*, comparabam. JUS porro FEUDALE cum AUTORE VETERE DE BENEFICIIS & Editione SCHILTERI conferre, non ſum oblitus (g). Hoc labore perfunctus, cum nihilominus paſſim invenirem, quæ emendatione indigere videbantur, SPECULUM quoque SAXONICUM adhibui, nonnulla ad emendandum textum ſcientia ſubminiſtrans. Hæ correctiones erant eo certiores, quod accuratiore textuum comparatione plene convincebar, Autorem SPECULI ALEMANNICI majorem operis ſui partem ex SPECULO SAXONICO exſcripſiſſe, cujus infra invictam dabo probationem. Extantibus vero etiam pluribus capitibus in SPECULO ALEMANNICO, in SAXONICO deficientibus, cupiditate ſciendi omnes fontes, ex quibus Auctor ſua hauſit, ductus, CAPITULARIA REGUM FRANCORUM, LEGES ALAMANNORUM, BAJUVARIORUM, RIPUARIORUM & CONSTITUTIONES IMPERATORUM in GOLDASTI operibus proſtantes perquiſivi, non diverſa ſolum emendando textui ulterius inſervientia ſuppeditantes, verum manifeſte etiam me convincentes, Autorem noſtrum in concinnando opere ſuo iiſdem eſſe uſum. Cetera autem capita, quorum originis prædictis in locis non apparent veſtigia, Auctor partim a Bibliis, partim a Jure Civili & Canonico mutuatus eſt. Occurrentibus etiam in SPECULO ALEMANNICO quam plurimis dictionibus antiquis & obſoletis, opus hoc cujusque lectoris uſui magis accommodaturus eique majorem lucem affuſurus, conſtituebam, Vocabularium ad inſtar ejus quod Speculo Saxonico, a Dn. Ludovici edito, adjectum conſpicitur, concinnare. Hoc etiam peracto, & majori operis parte in mundum redacta, NOVIS LITERARIIS (h) publicabatur, Theſaurum Antiquitatum SCHILTERI ab eruditis diu deſideratum Ulmæ tandem impreſſum iri, ejusve Tomum II. inter alia Jus provinciale Alemannicum quoque exhibiturum eſſe. Quanquam itaque telam cœptam pertexerem; hac de re tamen factus certior animo conſtituebam, omnem cogitationem de opere meo edendo dimittere, donec illud tam diu expectatum opus in lucem prodiiſſet, tumque pro rei circumſtantiis, ejus editionem vel derelinquere vel reaſſumere, hocve caſu THESAURO SCHILTERIANO ad majorem illius perfectionem uti. Imo cum anno inſequenti in præcitatis Novis (i) iterum referretur, SPECULUM ALEMANNICUM curante Dn. DE BERGER Lipſiæ ſub prelo eſſe, cepit me dubitatio, num labor meus lucem unquam ſit meriturus, aliquate-

(f) Partem dico, quod MSTUM ab ipſo editum univerſim 275. capp. abſolvitur. Singulare quid habet ejus orthographia, dialecto quippe Bavaricæ & Auſtriacæ adaptata; multifariam tamen apparet, operi accuratum & attentum defuiſſe ſcribam.

(g) MEICHSNERIANA EDITIO quidem in conſilium quoque fuit adhibita, cum vero a GOLDASTIANA parum diſtet, minus duxi neceſſarium ejus hic injicere mentionem.

(h) Anno 1724. 13. Novembris.

(i) Anno 1725. 19. Novembris.

quatenus tamen ceſſans, cum brevi poſt (k) Editio hæc Lipſienſis in officinis librariis compareret. Quamvis enim negari nequeat, eandem omnes præcedentes correctione antecellere (l), adeoque omnibus antiquorum Germaniæ morum & conſuetudinum amantibus non poſſe non eſſe acceptam: inſpectio tamen ocularis commonſtrabit, hoc non attento, nullam ſubfuiſſe cauſam opus meum tenebris & ſitui permittendi. Verum SCHILTERI Theſaurus tum ad huc expectandus, cauſam decidere debebat. Hic ſequenti anno (m) itidem in publico comparens, JURI PROVINCIALI ALEMANNICO plane novam induerat ſpeciem. Præcellenti enim opus non ſuperſtructum ſolum erat CODICI Krafftiano nimirum, verum & tot tamque ſplendida procurata ſubſidia, tantaque diligentia ei concinnando adhibita, ut pauca vel omnino nihil ad emendandum hoc JUS PROVINCIALE in medium poſſe proferri, ejusve textum primævæ ſuæ integritati pene reſtitutum eſſe, videretur. Quid? quod in ſubſidiis utrosque priores CODICES, quibus ego eram uſus, deprehendens, probe perſpiciebam, non multas in opere meo futuras eſſe emendationes, quæ hic nondum eſſent factæ. Hæc ad deſiſtendum ab eodem, & ad omnem edendi ejus animum dimittendum me fere commoviſſent, niſi rationes ſubſequentes mihi perſuaſiſſent contrarium. *Primo:* Quod Theſaurus SCHILTERI ob illius caritatem a quovis comparari nequit, nec e re cujuscunque, Speculum Alemannicum ad manus habere exoptantis eſt, tantam propterea erogare pecuniam. *Secundo* & præcipue, quod opus hoc integrum SPECULUM ALEMANNICUM non continet, ſed priorem ſaltem ejus partem JUS ſcilicet PROVINCIALE, cum tamen poſterior & nobilior nimirum JUS FEUDALE, poſt curam quoque SCHILTERI correctionibus multis itidem perquam indigeret (n). *Tertio:* Quod

(k) Anno 1726.

(l) Excellens hicce CODEX, a Dn. DE BERGER procuratus, quod ſeriem capitum attinet, cum duobus quibus ego ſum uſus, non quidem per totum, plurimam tamen partem convenit. Eadem quoque in hoc, quæ in illis non ſolum deficiunt capita, ſed præterea nonnulla alia, & miror, ipſa, (forte ex MEICHSNERO deſumenda,) operi non fuiſſe ſubnexa, id quod ejus uſum reddidiſſet multum ampliorem, cum nunc hoc vel illud incaſſum in eo quæras, maxime ne notatis quidem capitibus deficientibus. Sed varii ſunt hominum ſenſus, forſan meus me fallit, Dn. DE BERGER ad minimum ipſi non aſſentitur, ſcribens p. 377: *Cæterum obſerves velim, aliqua quidem capita in Editione Meichsneriana reperiri, quibus Codex noſter antiquus vacat. Sed nil refert.*

(m) Anno 1727.

(n) Equidem ſentiebam, antequam novæ CODICIS JURIS ALEMANNICI FEUDALIS SCHILTERIANI editionis Argentorati A. 1728 in folio excuſæ compos fierem, defectum hunc forſan fuiſſe ſuppletum: cum vero eandem mihi comparaſſem, falſum me eſſe, nilque novi, præter nonnullas Diſſertationes adjectas, variasque Præfationi & Commentario SCHILTERI ſubnexas JOH. CASP. BITSCHII notas ibidem reperiri, videbam. Opus quidem, uti præfatio habet, multis erroribus eſt expurgatum: illud tamen evolvens inveni, nonnullos denuo irrepſiſſe, quibus prima editio vacabat, e. g. CAP. 58. §. 2. legis: *und nüt damite*, cujus loco legendum: *und verlürt nüt damite.* CAP. 68. §. 1. minor, loco: memor. Ibid. §. 2. tenetur, pro: tenentur. CAP. 91. §. 1. integra deficit linea, videlicet, uti eſt in piori editione: *inveſtivit, qui primum inveſtitus fuit, feudum quod primo* &c. CAP. 120. §. 3. poſt vocem *dicta:* deeſt vox *interrogat.* Cap. 153. circa finem §. 4. *ſie mit recht ſein Man*, lege: *ſie mit recht überig das ſie mit recht ſein Man.* Quicunque ergo priorem poſſidet editionem, nec adjectas habere intendit diſſertationes, hac poſteriori commode carebit.

Quod CODEX KRAFFTIANUS in SCHILTERI Thesauro extans, eodem fere modo, quo supra descripsi, est comparatus, hoc est, atque non modicus capitum numerus in eo pariter deficit, licet non tantus, quantus in præcedentibus, ex quo idem inconveniens oritur, cujus supra nota (l) injecta fuit mentio. *Quarto* jure adhuc possem allegare, quod, dimisso JURE FEUDALI, in ipso JURE PROVINCIALI diversa hic apud me deprehendi, quæ in Thesauro SCHILTERI frustra quæsiveris, præprimis, quod fontes, unde Auctor Speculi Alemannici sua hausit, plenius & exactius sint indicati, quam quidem in modo laudato Thesauro factum. Ultima tamen hæc ratio non satis gravis mihi ipsi fuisset visa, ob quam opus hoc in publicum emitterem nisi tres priores accessissent. Resumta itaque jam à me elaborata comparabam cum prædictis ambabus editionibus præstantibus, nec non cum tertio quodam emtionis titulo acquisito CODICE MSTO, JUS PROVINCIALE solummodo continente (o), ditans illa omnibus ibi repertis ad textus

(o) Comparavi illum A. 1731. Scriptus est in charta satis nitide & distincte, & cum supra laudatis plurimam partem convenit; quasdam tamen passim inveni differentias congruo loco notatas. Codex hic ideo præprimis memoratu dignus est, quod pristinus ejus possessor, imo, uti videtur ipse scriba, persona fuit illustris; in ultimo enim folio statim post finem indicis capitum adjectum est: *Wir allbrecht von gots genaden Hertzog zu Oesterreich* &c. Conjectura autem mea, quod Dux Albertus hunc Codicem in juventute sua ipse conscripserit, sequentibus innititur momentis: *Primo*, quod characteres modo allegatorum verborum characteribus ipsius operis similes sunt. *Secundo*, quod Codex valde negligenter est scriptus, erroribusque calami & omissionibus scatet, ac simul apparet, scribæ ephorum vel præceptorem discipulum suum valde leniter & caute tractare debuisse, attento, quod errata ab ipso quidem fuerint correcta, & dupliciter scripta deleta, sed admodum subtiliter per punctula vel tenues virgulas, ne statim incidant in oculos & scripturam deforment. Duæ voces præpostere positæ duobus indicantur unculis. Vox una solum omissa adscripta quidem est; plurium autem deficientium adjectio plane omissa. *Tertio* & præ cæteris ad conjecturam hanc me induxit titulus capitis 46. *von marggraffen und von pfalczgrafen*, huic enim scriba noster hanc adjunxit appendicem: *Et cetera puntschuch*, procul dubio indignationem suam contra capitis hujus tenorem declaraturus; id quod magnam infert probabilitatem, hunc scribam & interpolatorem ordine fuisse superiorem dictis ibidem Marchionibus & Comitibus Palatinis. Quemadmodum vero hoc additamentum pro errore non poterat reputari sed vera erat petulantia: ita & Præceptor ejus intuitu adeo mitis non fuit, sed satis crasse id expunxit. Quod vero JUS hoc PROVINCIALE a Duce ALBERTO describendum curaverit vix aliud in causa fuisse patet, quam ut ex una eademque opera duplicem caperet utilitatem, primam quidem, ut in scribendo se exerceret, secundam, ut illius ævi jurium & consuetudinum fieret gnarus. Quodsi itaque hæc conjectura est fundata, inde consequitur, SPECULUM ALEMANNICUM tum temporis in Aula Austriaca habitum esse pro Codice Leges & consuetudines Germanicas, secundum quas in judiciis pronunciare solerent, exhibente; ac proinde errare illos, qui asserunt, JURIS PROVINCIALIS ALEMANNICI in Judiciis nunquam fuisse habitam rationem. Hoc etiam non parum confirmarentur dicta a LAMBECIO in Commentario de Bibliotheca Cæsarea cap. 8. videlicet: *Daß sich in der Kayserlichen Bibliothec noch heut zu tag ein* CODEX MEMBRANACEUS JURIS ALAMANNICI PROVINCIALIS ET FEUDALIS *befinde, dessen sich die mehreste Röm. Kayser vom Hauß Oesterreich von* Rudolpho I *biß auf* Maximilianum I *als eines Handbuchs bedienet hätten*, licet HARPPRECHTUS de Non usu Speculi Suevici p. 132. id pro somnio LAMBECII reputet, & THOMASIUS in Selectis Capitibus Juris Feud. Germ. §. 48. ei pariter fidem denegaverit. Jam porro quæritur, quis ALBERTORUM hujus Codicis scriba fuerit? Convenientibus igitur scripti characteribus cum characteribus circa finem Seculi XIV & Seculo XV usitatis, ALBERTUS

IV.

textus emendationem quodammodo facientibus vel memoratu alias dignis. De hujus editionis ratione, dispositione & contentis, infra dicendum. Nunc de subsequentibus capitibus nonnulla liceat differere:

1.) De persona auctoris Speculi Alemannici.

2.) Utrum Speculum Alemannicum an Saxonicum sit antiquius?

3.) De auctoritate & usu Speculi Alemannici; & tandem

4.) De multiplicibus erroribus Auctori Speculi Alemannici objici solitis.

§. 2.

SPECULI ALEMANNICI auctorem quod attinet, de ejus persona parum certi æque in medium proferre potero, ac ceteri, ante me ejus mentionem facientes. Lector itaque æqui bonique consulet nonnullas ex ipso Speculo elicitas conjecturas, hic expositas. GOLDASTUS in Præfatione ad Constitutiones Imperii opinatur quidem, Auctorem probabiliter fuisse Consiliarium Imperii & Assessorem Judicii Vicariatus Palatini, defuncto Imperatore Friderico II. convocati: post pauca vero interjecta dicit: *Der Autor ist ungewiß. Allein weiß ich mich zu erinnern, daß Herr Gotfrid von Rammingen* (p), *weiland Vogt des Fürstlichen Stifts Reichenau, mir für ein warheit fürgegeben, daß wie Eck von Repkow den Sachsenspiegel, also habe auch Berthold, Freyherr von Grimmenst. ein ein Schwabenspiegel gemacht, den er mit seinen augen auf pergament geschrieben in einem Closter gesehen, dessen nahmen mir ausgefallen. Ob es aber eben dieser Schwabenspiegel sey ist nicht wohl zu errathen &c.* Uti vero GOLDASTUS ipse hoc pro indubitata veritate non venditat: ita valere facile potest, sicut relatio inter falsum & verum medium tenens. HARPPRECHTUS quidem in Tr. de non usu SPECULI SUEVICI part. I. pag. 85. arbitratur: *Hanc traditionem fabulam potius, quam veram historiam esse existimandam. Primo, quoniam relationes de hoc Berchtoldo de Grimmenstein non consentiant,* SCHILTERO *in Præfat. Juris Alamann. Feud. §. 6. Comitem,* BURGERMEISTERO *autem in Præfat. n. 50. Baronem ipsum proclamante. Secundo, quoniam hujus nominis familia in Suevia apud nullum autorum, priscas Sueviæ Comitum & Nobilium familias extinctas & adhuc durantes, enarrantium, reperiatur.* Verum utraque

IV vel V id scripserit necesse est. Probabilius vero hoc factum ab ALBERTO IV. Quod enim Codex vivente WENCESLAO Imp. jam fuerit conscriptus, additamentum cap. 153. cujus Rubrum est: *Der ächter hauset oder hofet*, confirmare videtur. In fine enim hujus capitis manus ævi aliquantum recentioris adscripsit: *Wentzel eschüczt, Imperatorem Wenceslaum proscriptos protegisse.* Quæ additio post ejus exauctorationem, vel brevi post ejus decessum facta præsumenda. Pristinus quidem Codicis possessor ipsi adnotavit, illum anno 1300. imperante Alberto I. conscriptum esse, quod autem vero est minus simile. Hoc Mstum deinceps Moguntiam delatum est, uti ex ultimo ejus folio perspicitur, ubi ita: *Item det buche hab ich Jacob Chomas gekaufft an der brantt statt zu Meyntz aller nast for Lettare in der fasten 63 Jar und hab Jch das buche gekaufft um 40 f. nicht tuerrer.* Forsan ad Dominicanos ibi spectavit, quorum monasterium a. 1462 expugnata urbe Moguntia cum aliis domibus incendio fuit absumta, referente HELWICHIO in Moguntia devicta.

(p) GUILLIMANNUS ipsum dicit *antiquitatis observantissimum* uti videre licet in OBRECHTI Alsaticarum Rerum Prodromo p. 256.

que objectio nullius est momenti. Quod ad priorem, SCHILTERUS æque ac BURGERMEISTERUS sua a GOLDASTO sunt mutuati: GOLDASTUS autem ipsum expresse vocat *einen Freyherrn, Baronem*, in quo etiam substitit BURGERMEISTERUS; quod vero SCHILTERUS usus sit libertate vocem *Freyherr* transferendi per *Comitem*, hoc relationi GOLDASTI fabulæ notam adferre nequit. Posterior objectio paulo solidior esse videtur. Ast neque GOLDASTUS dixit, Baronem de Grimmenstein fuisse Suevum, neque naturalis est sequela, Compilatorem Speculi Suevici ex Suevia fuisse oriundum. Quibus hæc etiam objectio concideret, etiamsi assertum Dn. HARPPRECHTI cum veritate conveniret. Minime vero convenit: nobilis enim Grimmensteiniorum familia in Suevia & finitimis regionibus utique floruit & celebris fuit. In BUCELLINI Alphabetica recensione Rheticæ Nobilitatis, nec non in ejusdem Catalogo Nobilitatis Equestris Rhenanæ Grimmensteinii nominetenus deprehenduntur. Castrum vero Grimmenstein, a quo gens hæc verosimiliter nomen sibi adscivit in Suevia etiam situm est (q). Atque si operæ esset pretium, nullus dubito, quin plures autorum loci gentis hujus mentionem facientes congeri possint. Verum enim vero an BERTHOLDUS DE GRIMMENSTEIN, vel alius SPECULUM ALEMANNICUM compilaverit, in hoc salus Græciæ non versatur, bene monente BURGERMEISTERO loco a Dn. HARPPRECHTO citato. Prostat Compilatio & auctorem habuerit necesse est, quomodocunque demum nominetur.

§. 3.

Præter relata §. præcedente de Auctoris SPECULI ALEMANNICI persona nihil de ipso habetur adnotatum. SCHILTERUS Præfatione ad JUS FEUDALE ALEMANNICUM saltim observat, hanc Compilationem ab una tantum persona, non a pluribus, fuisse concinnatam. *Fuit unus aliquis*, dicit §. 6. *quum semel atque iterum numero singulari sui faciat mentionem, ut in* LIBRO FEUDALI *c.* 117. §. 1. *c.* 126. (r) & AD FINEM LIBRI. His jungo cap. 375. JURIS PROVINCIALIS, ibi enim dicit §. 4: *Ich sprich aber soviel mehr* &c. Ejusmodi locutiones aliis adhuc locis, quorum nunc non memini (s) forsan occurrunt. Dn. SCHERZIUS vero aliter sentit. Uno loco, scribit in Præfatione ad JUS PROVINCIALE ALEMANNICUM pag. 4. in plurali dicitur: *Wir sulen sprechen, wir sulen es ju sagen, wir sprechen, wir rathen, wir bescheiden uch, das sagen wir ju.* *Altero loco in singulari occurrit: ich mein also, ich sprich.* *Quod ipsum probabile facit, interdum plures, interdum unum in hac Compilatione manum operi admovisse.* Verum dubito, an allegatæ dictiones sufficientem submin:strent probationem, plures una persona elaborando SPECULO ALEMANNICO vacasse. Etenim si quis docet, vel opinionem suam de re quadam exponit, numero plurali de se commode loqui potest, hoc scilicet innuens, hanc suam doctrinam seu opinionem non esse sibi propriam & singularem, sed pluribus communem, seque illam quasi nomine omnium

(q) *Anno* 1361. *Dux Rudolphus Castrum Grimmenstein in diœcesi Constantiensi cepit, illudque ædificavit, scribit* FELIX FABER in Historiæ Suevorum Lib. I. apud *Goldastum* in Rerum Suevicarum Scriptoribus Edit. de A. 1727. p. 57.

(r) Sunt errores typographici, legas: *c.* 125. §. 1. *c.* 156. mihi est *c.* 128. & *c.* 156.

(s) Tales postmodum observavi *c.* 107. §. 6. *Lit. t. c.* 151. §. 15. *c.* 191. *c.* 253. *c.* 345. *c.* 375. §. 9.

omnium proponere. In nova quoque Editione CODCIS JURIS FEUDALIS ALEMANNICI SCHILTERI in notis ad cit. §. 6. optime observatum, modum loquendi: *Also sprechen wir*, cum formula JCtis Romanis familiari: *Quo jure utimur*, conspirare. Adeoque minime consequitur, quoniam in Speculo Alemannico locutio: *Wir sagen*, *wir sprechen* &c. subinde occurrit, ideo illud a pluribus personis est concinnatum. Multis etiam exemplis si opus esset, probari posset, singulares personas, antiquis æque, ac modernis *temporibus*, voce *Wir* in *suis scriptis* perinde, uti Auctor *Speculi Alemannici*, usos esse. Duo saltim ex operibus LUTHERI desumta exempla adducam. In primo statim *Tomo Jenensi* in Præfatione NICOLAI AMSDORFFII, hæc locutio sæpius occurrit: *Aber von Doctor Mart. Luther seliger gedächtnis haben* WIR, *Gott lob*, *un viel anders gelernet. Zum andern haben* WIR &c. LUTHERUS ipse in Præfatione ad Disputationes suas contra indulgentias dicit: *Drumb will sichs in keinen weg leiden*, *das wir sicher und stoltz in unsern thun wolten sein.* Et post pauca: *Summa wir sindnichts* &c. Quantopere vero erraret ex verbis his inferens, AMSDORFFIUM & LUTHERUM solos has Præfationes non elaborasse. Pag. 5. §. 60. legitur: *Wir sagen aus gutem Grund*, & §. 76. *Dagegen sagen wir.* Pag. 51. *So wir diebe mit strang strafen. Warumb greiffen wir nicht viel mehr an* &c. Sed hæc sufficiant.

§. 4.

Devenio jam ad conjecturas ab ipso SPECULO ALEMANNICO mihi suppeditatas, quarum sunt *duæ*. PRIOR quidem concernit AUCTORIS ordinem seu conditionem; ALTERA, provinciam, in qua versatus est SPECULUM ALEMANNICUM concinnans. Conditionem AUCTORIS quod attinet, per totum JURIS PROVINCIALIS librum tot deprehenduntur rationes statuendi, ipsum fuisse ordinis clericalis, ut hoc pro indubitata veritate pene venditari possit. Præcipuas solummodo hic adducam. Pro prima merito habentur multiplices loci JURIS JUSTINIANEI ab Auctore Compilationi suæ inserti. Licet enim ea ætate, qua SPECULUM ALEMANNIORUM est compilatum, JUS JUSTINIANEUM in Germania non penitus fuerit ignotum: ejus tamen notitia Claustris adhuc plurimam partem circumsepta Clero erat propria, laicis eo parum imbutis. Id quod vera videtur esse causa, quod in SPECULO SAXONICO, a Laico quippe elucubrato, multo pauciora hujus Juris extent vestigia. SCHILTERUS in Dedicatione Exercit. ad *. de isto ævo ita loquitur: *Nulla adhuc tum Juris Romani Justinianei notitia in Germanico Imperio*, *nisi si quid a Clericis ejus Juris non Imperitis privata auctoritate & ornamenti gratia allegaretur.* Neque veritati hujus Schilteri opinionis eo quicquam decedit, quod multa ejus ævi Diplomata formulis, exceptionibus &c. ex Jure Justinianeo depromptis sint referta, quarum numerum haud modicum allegarunt STRUVIUS in Historia Juris cap. 6. §. 30. HERTIUS in Diss. de Consult. Legibus & Judiciis in special. R. G. Imperii Republicis §. 18. cumprimis vero HARPPRECHTUS in Tract. de non usu Speculi Suevici p. 118. Notum enim est, tum temporis instrumenta si non omnia, plurima tamen a clericis (t) concepta & conscripta, nullam omnino occasionem prætermittentibus eruditionem suam ostentandi & Juris Justinianei, ipsis magis convenientis, quam Germaniæ consuetudines, usum promovendi.

§. 5.

(t) Vide Dn. DE LUDEWIG Reliq. MSctor. tom. 1. in Præfatione §. 5.

§. 5.

Secunda ratio, quæ me commovit, ut Auctorem SPECULI ALEMANICI Clericum fuisse existimem, est hæc: *Quod Pontifici tantam potestatem & illimitatam auctoritatem passim attribuat.* Hujus par saltim exemplorum probationis loco adferam. Unum jam habes in ejus Præfatione. Auctor SPECULI SAXONICI Art. 1. Libr. 1. scribit: *Zwey Schwerdt ließ Gott auf Erden zu beschirmen die Christenheit, dem Pabst das Geistlich, dem Keyser das weltlich.* Hoc Collectori nostro Clerico, qui tamen, uti infra docebimus, plurimam operis sui partem ex Speculo Saxonico exscripsit, auctoritati Papali detrahere videbatur, quapropter in cit. Præfatione §. 9. id modo sequenti prætense correctum ivit: *Seid nun Got des frides fürst je heiset so lies er zwey schwert auff ertreich do er zu himel fur zu schirm der Cristenheit dye bevalch Got sant Peter Beyde. eines von weltlichem gericht. das ander von geistlichem gericht. das weltlich Schwerd des gerichtes das leihet der Bapst dem Kayser &c.* Hoc tamen Auctori nostro intuitu illorum temporum vitio adeo verti nequit, quia uno circiter à Speculi tempore seculo ipse Hadrianus IV. Papa non veritus est, publice asserere, *Imperium Romanum esse Beneficium Papæ.* Et licet id postmodum palliaverit, itaque interpretatus sit, *quod Imperium proprie pro feudo suo non reputet, sed quod Imperator Fridericus Coronationem suam ab ipso Pontifice accipere debeat*: Juris tamen Canonici Doctores thesin; *Quod Imperium sit feudum Ecclesiæ* interea semper propugnare sunt conati. Quorum rationes refellit LUPOLDUS DE BABENBERG de Juribus Regni & Imperii Romani. Alterum exemplum reperitur cap. 32. JURIS PROVINC. ubi Auctor Pontifici plenam & illimitatam tribuit potestatem. Et CAP. 357. Pontifici adscribitur potestas, non *Principes* solum, sed ipsum etiam *Imperatorem exauctorandi, si hæreticos protegant, vel alias injusti quid committant.*

§. 6.

Tertia conjecturæ meæ *ratio* innititur *Legibus Mosaicis aliisque ex Bibliis desumtis historiis & dogmatibus ab Auctore toties, utut præter necessitatem, & utplurimum absque usu, in medium prolatis.* Ex magna copia sufficiat paucos ejusmodi locos ad probandam meam conjecturam allegasse. Evolvatur saltim verbosum cap. 151. JURIS PROVINC. & perpendatur, utrum de Laico sit præsumendum, quod illud Collectioni Juris provincialis fuisset inserturus. CAP. 257. dicitur: *Ob der Sun bey seines vaters weyb liegt sundtlich mit wissen, die des sunes stieffmutter ist, die sein vater eelich oder ledigklich hat gehabt. Damit hat er verwürcket alles väterlichs erbe. Das erzeügen wir mit David in der Künigbuch do der schön Absolon bey seines vatters freünde lag, simtlich mit wissen. Damit verwürcket er seines vaters Huld und sein erbe.* Cap. 385. dicit: *Etlich sprechent, so der Mann sechtzig jar alt wirdt, so hab er seine tag das ist nicht. Wir bezeugen mit dem Psalter wol und mit ander geschrifft, das der Mann zu seinen tagen recht kommen ist. wann er achtzig jar alt wirt.* Et CAP. 393. §. 2. legitur: *Und vindt ein Mann gut an einer frembden statt die ihm nicht zusteet. wes das erdreich ist, do das gut auf funden wird des ist auch das gut. Das bewärt das heylig Evangelium das spricht also. Das himmelreich gleichet einem acker da der schatz innen liegt verborgen. wann den ein Man vindet der verkaufst alles sein gut und kauffet den acker, daß ihm der schatz wird* &c. Minime vero credo, Laico unquam in mentem venisse, harum legum æquitatem hoc modo probare.

§. 7.

§. 7.

Quarta & præcipua cauſa, quæ me induxit, ut crederem, Auctorem noſtrum fuiſſe Clericum extat c. 375. JURIS PROVINC. ubi agitur de matrimonio. Duo priores hujus capitis §§. ita ſunt comparati, ut revera dici poſſit, tales nugas Laico hanc materiam tractanti nunquam potuiſſe incidere. Iis tamen in genere meam non ſuperſtruo præſumtionem, ſed in ſpecie verbis §. 2: *Alle Menſchen ſeind uns zu der umen verbotten.* In notis ad hæc verba tum variis Scriptoribus, tum ipſo SPECULO noſtro ALEMANNICO probatum dedi, iſto tempore Laicis cælibus concubinatum non fuiſſe prohibitum, unde per ſe conſequitur, Auctorem noſtrum non inter hos ſed inter Clericos eſſe quærendum.

§. 8.

Secunda conjectura, quam ipſum SPECULUM noſtrum mihi ſuppeditavit, concernit provinciam vel tractum, in quo Auctor noſter, Speculum hoc Alemannicum compilans, eſt verſatus. Quo fui puncto præcedenti verboſior, eo hic ero brevior. Omnia enim, quæ hic obſervanda mihi obveniunt, habentur JURE PROVINC. C. 108. §. 1. & JURE FEUDALI C. 133. §. 1. Utroque loco Auctor exponit, qua ratione nuncii, in cauſis appellationum ad Judicem ſuperiorem ablegandi, ſint nutriendi. Priori loco dicit: *Die ſoll der richter verkoſten als zwen becher vol weins, ſol man zwen mann geben und brod genug &c.* Poſteriori: *dye botten ſoll der Herre verkoſten. Wein und brot ſol man im geben genug und drey gericht guter ſpeyß, und zu jeder richt eyn maß weyns. Den knechten ſol man geben zwu gericht zwen becher weins.* Cum itaque Auctor circa potum cereviſiæ ne verbulo quidem, ſed vini ſolummodo faciat mentionem, in obſervationibus ad cit. caput JURIS FEUDALIS inde concludi, vinum in loco domicilii ipſius potum fuiſſe ordinarium, adeoque SPECULI ALEMANNICI collectionem minus in Bavaria, ſed potius in tractu Rheni & Nicari fluviorum factam eſſe. WEHNERUS me pene induxiſſet, ut crederem, Speculum Alemannicum proprie in Alſatia eſſe concinnatum; in Obſervationibus enim practicis voce *fröhnen* dicit: *fröhnen in Alſatia ſignificat, in bona immittere vel immiſſionem impetrare.* Capite autem 131. JURIS noſtri PROVINCIALIS conſpicio, Auctorem noſtrum, vocem hanc eodem ſenſu uſurpaſſe. Verum cum in SPECULI SAXONICI loco parallelo, nimirum Lib. 2. Art. 41. apud LUDOVICI pag. 308. in utriſque textibus germanicis antiquis verbum hoc dicto ſenſu extet, inde apparet, illud non ſolum in Alſatia, verum in univerſa Germania hanc ſignificationem quondam habuiſſe, adeoque ad dignoſcendum locum, in quo Auctor noſter fuerit verſatus, nihil poſſe conferre.

§. 9.

Progredior jam ad quæſtionem ſecundam: *Utrum Speculum Alemannicum, an Saxonicum ſit antiquius?* Hanc quæſtionem hic diſcutiam eo magis eſt neceſſe, cum ad emendandum noſtrum textum SPECULO SAXONICO ſæpius uſus ſim, quod apte fieri non potuiſſet, niſi fuiſſem perſuaſus, SPECULO SAXONICO jus primogenituræ competere, adeoque copiam ex originali appoſite emendari. Unum enim SPECULATOREM alterum exſcripſiſſe (u) dubio vacat, & cuivis Lectori utroſque conferenti ſtatim in oculos incidit.

(u) De eo tamen dubitat HÄUSCHILD *in der Gerichts-Verfaſſung der Teutſchen im Vorbericht* §. 14; an cum ratione dijudicent alii.

dit. LAMBECIUS & SCHILTERUS sunt præcipui auctores, SPECULI ALEMANNICI compilationem pro antiquiore SAXONICA venditantes Ille in Commentario de Biblioth. Cæsar. Lib. 2. c. 8. hic in Præfat. ad J. F. Aleman. Verum utrique THOMASIUS præprimis in Selectis Capitibus Histor. Juris Feud. Germ. §. 46. seqq. & HARPPRECHTUS in Tractatu de non usu moderno SPECULI SUEVICI P. I. c. 4. solide & fuse contradicunt. Quæ omnia hic recoquere minus necessarium & superfluum foret, cum demonstrandum mihi sumserim SPECULUM SAXONICUM ALEMANNICO esse antiquius; citati vero Auctores locis allegatis saltim evicerint, LAMBECII & SCHILTERI rationes non suppetere ad asserendum, SPECULUM SAXONICUM ALEMANNICO esse antiquius, nullis fere adductis rationibus prægnantibus, ex quibus SPECULO SAXONICO jus primogenituræ vendicari posset; nisi quod Thomasius observet, Speculum Saxonicum ideo pro antiquiore esse reputandum, quod in illo JURIS JUSTINIANEI & successionis testamentariæ non extent vestigia, cum e contrario Compilator SPECULI ALEMANNICI ad LEGES ROMANAS subinde provocet, legatorum quoque, exhæredationis & testamenti factionis injiciat mentionem. Verum nisi aliæ in promtu essent rationes, illa quidem rem non conficeret, nec litem dirimeret. Auctor SPECULI ALEMANNICI secundum supra probata, erat Clericus. His ea ætate, & ante quam utraque SPECULA sunt conscripta, JUS JUSTINIANEUM non erat ignotum, quanquam REPCHOVIUS, ut Laicus, ex eo parum saperet. Ex hoc itaque solo solide dijudicari nequit, utra compilatio sit antiquior; maxime cum in Speculo Saxonico itidem nonnulla Juris Justinianei passim appareant vestigia. Ex. gr. LIB. 2. ART. 63. injicit mentionem Calphurniæ, quæ impudentia sua effecit, ut nulli dehinc feminæ in judicio perorare liceret, quod ex L. I. §. 5. de postulando depromtum. Quæ ART. 37. LIB. I. nec non ART. 56. LIB. 2. habent, ex Legibus Romanis æque videntur petita, observante STRUVIO in Historia Juris pag. 459.

§. 10.

Firmissima antiquitatis utriusque Speculi probatio ex eorum collatione desumenda: uti & HOFFMANNUS in conjecturis de origine Legum pag. 135. (x), & ex illo STRUVIUS in Historia Juris, inter alia argumenta hoc etiam sunt usi. Verum licet utrique Auctores verum medium hanc materiam extricandi invenerint: in investigandis tamen locis, unde probatio fuisset petenda, erraverunt. Considerans enim integram capitum SPECULI ALEMANNICI, ab ipsis allegatarum seriem, eamque cum citatis JURIS SAXONICI Articulis conferens, intelligo quidem, unum *Speculatorem* alterum exscripsisse: minus autem mihi ostendunt, utrum SPECULUM sit originale, utrum copia. Adeoque, peracta collatione, æque incertus sum, cui antiquior ætas sit, adjudicanda, ac fuit antea. Excipio tamen nostrum CAPUT 31. collatum cum SPEC. SAX. Lib. 3. Art. 57. forte utique subministrans argumentum, SPECULUM SAXONICUM ALEMANNICO esse antiquius. Non ideo solum, quod SPECULUM

(x) Conferantur igitur, dicit, Lib. 1. SPCULI SUEVICI cap. 8. cum SPECULI SAXONICI Lib. 1. Art. 3. SPEC. SUEV. Lib. 1. c. 19. (hic c. 20.) SPEC. SAX. Lib. 3. Art. 53. SPEC. SUEV. Lib. I. c. 21. (hic c. 29.) SPEC. SAX. Lib. 3. Art. 57. SPEC. SUEV. Lib. 1. c. 29. §. 2. (hic. c. 31.) SPEC. SAX. Art. 57. §. 2. SPEC. SUEV. c. 52. §. 2. (hic c. 54.) JUS PROVINC. Lib. 3. Art. 42. SPEC. SUEV. c. 222. (hic c. 226.) SPEC. SAX. Lib. 2. Art. 54. SPEC. SUEV. c. 243. (hic c. 247.) SPEC. SAX. Lib. 3. Art. 5.

CULUM SAXONICUM potestatem Electorum in eligendo Imperatore multo magis restringit, quam SPECULUM ALEMANNICUM, sed aliam quoque ob causam, de qua infra plura.

§. 11.

Jam adducam locos, qui ex mea sententia sibi invicem comparati manifeste evincunt, Auctorem SPECULI ALEMANNICI SPECULUM SAXONICUM exscripsisse, & consequenter hoc illo esse antiquius. *Primus locus* est in SPECULO SAXONICO *Lib. I.* Art. 42. ubi legitur: *Ueber sechzig jahre ist er* (der Mann) *über seine Tage kommen.* Verum hoc male habet SPECULATOREM nostrum, ut Clericum, qui ferre nequit, ut quid proferatur in medium, quod Bibliis, ut ipse sentit, adversatur. Hinc dicit cap. 385: *Etlich* (sub quibus sine dubio comprehenditur REPCHOVIUS) *sprechend, so der Mann sechtzig jar alt wird, so hab er seine tag; das ist nicht. wir bezeügen mit dem psalter wol und mit ander geschrifft, daß der Mann zu seinen tagen recht kommen ist. wann er achtzig jar alt wird.* Ne vero plagii notam sciens incurram, subnecto, me hanc observationem apud THOMASIUM quoque in notis ad Instit. Quibus modis tutela finiatur, positione penult. deprehendisse.

§. 12.

Locus secundus extat CAP. 256. §. 2. ibi enim dicitur: *Und also hebent geschwisterget, dye zal der ersten sipp, die man zu magen rechent. Das wider redent mänig leüt &c.* Inter illos autem, qui hoc contradicunt, referendum etiam esse Repchovium, ex Art. 3. Lib. 1. SPECULI SAXONICI apparet, ubi ita: *Diß ist die erste sipzal und grad des Erbganges, so man zu Magenfreundschafft rechnet, Bruder Kind und Schwester Kind.*

§. 13.

Tertius habetur nostro CAP. 316. Ex hoc enim patet, COMPILATOREM nostrum SPECULUM SAXONICUM cœce exscripsisse. In hoc legitur Lib. 1. Art. 34. *Weret der richter zu unrecht, daß der Mann sein eygen nicht vergeben mag: wenn der könig auff Sächsische land kommet, vor ihm mag ers dann wohl geben.* Hoc Auctor noster ex incuria dat, uti accepit, sequentem in modum: *Irret das der Richter mit unrecht, das der Mann seyn eygen nit geben mag. Wenn der kiinig in der Sachsen land kommet, vor dem mag er das wol geben.* Quomodo, quæso, vox *Sachsenland* in nostrum textum irrepsisset, nisi COMPILATOR secutus esset REPCHOVIUM. Etenim liquet, dici debuisse *Schwabenland*, & AUCTOR noster ita non fuisset lapsus, modo meminisset §. 2. c. 108. ibi enim melius dicitur: *Und ist das urteyl widerworffen auff Schwäbischer erde, so der Künig denn kombt ze Schwäben, do sollen die botten zu jm kommen.*

§. 14.

Locus quartus, fidem faciens, AUCTOREM nostrum SPECULUM SAXONICUM descripsisse est CAPUT nostrum 39. cum Art. 62. Lib. 3. JURIS SAXONICI de verbo fere ad verbum conspirans. Utrisque Palatia, nec non Archiepiscopatus & Episcopatus Saxoniæ nominetenus recensentur. Quid vero SPECULO ALEMANNICO cum his, præprimis cum Archiepiscopatibus & Episcopatibus, rei est? Quid hoc sibi vult? cum AUCTOR Palatiorum, Archiepiscopatuum, & Episcopatuum, Sueviæ, Franconiæ &c. ad rhumbum suum plus facientium, ne verbulo quidem faciat mentionem. Parum abest, quin credam, his nihil accommodatius, nihilque certius posse responderi, quam auctorem nostrum hæc in SPECULO SAXONICO reperiisse, & ex socordia descripsisse. Sane nescirem, quomodo in capitis hujus tenorem aliter incidere potuisset. Speculum Saxonicum non curavit Palatia, Archiepiscopatus & Episcopatus Suevicos,

vicos, Franconicos &c. quid ergo rei fuit Speculo nostro cum Saxonicis? Profecto nihil. Ita uti invenit, ita bona fide descripsit, minus perpendens hæc omnino esse incongrua.

§. 15.

Quintam rationem mihi suppeditat CAPUT nostrum 31. collatum cum JURE PROVINC. Lib. 3. Art. 57. ex quo jam sub finem §. 10. observavi, SPECULUM SAXONICUM ea propter etiam antiquius esse existimandum ALEMANNICO, cum illud facultatem Electorum in eligendo Imperatore multo magis restringere videatur, quam hoc SPECULO SAXONICO legimus: *Und also kiesen ihn des Reichsfürsten beyde Pfaffen und Leyen. Die aber zu dem ersten an der wahl benandt sind, die sollen nicht wehlen nach ihrem Mutwillen, wen sie wollen, sondern welchen die Fürsten alle zu einem Könige erwehlen, den sollen sie auffs allererst bey nahmen nennen und kiesen.* Ex quo liquido apparet, *eo ævo, quo* REPCHOVIUS SPECULUM SAXONICUM *concinnavit, universos Principes, Ecclesiasticos æque, ac seculares, in eligendo Imperatore maxima polluisse auctoritate, & tanta quidem, ut Electores nulli dignitatem regalem possent conferre, qui ab universis Principibus non fuit præelectus.* Aſt Auctore nostro Speculum suum elucubrante, longe alia rerum facies circa Imperatoris electionem fuerit; hæcve a septem Principum Electorum arbitrio dependerit necesse est: de ceterorum enim Principum consensu nihil fere, sed hoc saltim dicit: *Quod cum Principibus Electoribus ceteri quoque Principes ad Imperatoris electionem sint convocandi.* Utrum vero hi in electione alicujus, & cujus præcise sint auctoritatis, de hoc altum silentium. Sane minimam hanc fuisse apparet ex sequentibus, ubi, Principibus Electoribus Imperatoris electio iterum expresse attribuitur, nulla omnino porro facta ceterorum Principum mentione, ita enim ibi legitur: *Darumb ist der Fürsten ungerad gesetzt, ob drey an ein vallent und vier an den andern, daß drey den vieren sollent volgen und daß vinder den vierern volgen das ist an aller Chur recht.*

§. 16.

Sextam rationem desumo ex præcit. CAP. 31. JURIS nostri PROVINCIALIS, hujusque §. 2. VERBIS INITIALIBUS, ita sonantibus: *Und der Layenfürsten ist der erste zwen an der stymm zwen welen. Der Pfaltzgraff von dem rein* &c. In NOTIS ad hæc verba observavi, eadem ex mea sententia significare: *Die Pfältzische Chur und Wahlstimme kommet nicht einem allein, sondern zweyen gemeinschaftlich zu, nemlich Pfaltz und Bayern.* Cum igitur de hac communione, quæ ad decimum quartum usque seculum duravit, imo a RUDOLPHO I. Diplomate de A. 1275. confirmata fuit, in SPECULO SAXONICO nihil omnino extet, inde consequitur, REPCHOVIUM Collectionem suam prius concinnasse, quam Palatinatus & Bavaria fuerunt separata, adeoque SPECULUM SAXONICUM ALEMANNICO esse antiquius, uti in cit. nota pluribus videre licet, ad quam Lectorem brevitatis causa remitto. Prædictam vero verborum SPECULI nostri explicationem veram esse, confirmatur *capite* 73. JURIS FEUDALIS, ejus enim §. 5. Palatinus & Bavarus inter Principes Electores, qui Imperatorem Romam comitari debent nominetenus reperiuntur. Loco autem parallelo JURIS SAXONICI de Bavaria nihil omnino habetur. Unde porro fluit: illud pariter ante divisionem terrarum Palatino-Bavaricarum collectum esse, atque adeo non Jus solum PROVINCIALE sed FEUDALE etiam SAXONICUM COMPILATIONE ALEMANNICA esse antiquius, hujusque Auctorem Jus suum FEUDALE ex illo itidem exscripsisse.

§. 17.

§. 17.

Supra autem dicta terrarum Palatino-Bavaricarum divisione & communi dignitatis Electoralis possessione post Annum 1253. factis, SPECULUM quoque nostrum ALEMANNICUM ante hunc annum nequit extitisse (y); quando vero postmodum in lucem prodierit, præcise determinari non potest. Non nulli (z) hanc COMPILATIONEM ad Seculum XIV. remittere volunt. Quo minus vero his assentiar, quodammodo obstat DIPLOMA RUDOLPHI I. de anno 1290. & movet *me, ut potius credam,* SPECULI ALEMANNICI *collectionis natalem intra annos* 1253. (A) & 1290. esse quærendum. Fusius hac de re egi in notis ad caput 31. Juris nostri provincialis, adeoque cramben bis coctam hic apponere nolo.

§. 18.

Sunt adhuc aliæ rationes probantes, SPECULUM nostrum ALEMANNICUM non priori Seculi XIII. semisse, sed post illud esse compilatum. Utpote quod Auctor capite 351. JURIS PROVINCIALIS de exauctoratione Ottonis Imperatoris ab Innocentio Papa facta, tanquam de re multos ante annos gesta loquitur; quod in PRÆFATIONE PRIORI Imperatoris Friderici II. eum in modum faciat mentionem, ex quo valide concludere licet, ipsum tempore concinnati SPECULI ALEMANNICI inter vivos non amplius fuisse &c. Verum hisce, a CONRINGIO *de origine Juris Germanici* cap. 30. aliisque jam observatis diutius immorari, minus necessarium.

§. 19.

Procedo itaque ad *punctum tertium:* DE AUCTORITATE ET USU SPECULI ALEMANNICI. Hic eruditi iterum dissentiunt. Quidam ajunt, maximam olim fuisse hujus Speculi auctoritatem & usum. Ita dicit THOMASIUS in Delineatione JURIS §. 112: *Usus hujus Speculi & Autoritas magna fuit, & esse nondum desiit. Hinc &* MEICHSNERUS *id irruenti in thores Germaniæ juri Romano opponere volens in Seculo XVI. sub titulo: Kayserlich auch Königlich Land- und Lehenrecht, edidit.* Et DATTIUS de pace publ. Lib. 4. c. 1. n. 3. seqq.: *In universa Germania a Seculo XIII. ad XV. usque secundum* JUS SAXONICUM & ALEMANNICUM *in judiciis fuisse pronunciatum. Imo* JUS ALEMANNICUM *viguisse adhuc circa finem Seculi XV: Principes quoque ipsos in controversiis publicis ad hæc Jura provocasse.*

(y) REPCHOVIUM vero SPECULUM suum SAXONICUM ante hoc tempus collegisse, videre quoque licet in STRUVII Historia Juris cap. 6. §. 22. & in GÆRTNERI Proœmio Editionis suæ SPECULI SAXONICI. Compilatum esse intra annos circiter 1230. & 1235. valde probabile reddit G. H. AYRERUS, vel potius Respondens C. F. WINCKLER in Diss. de ætate Spec. Sax. Gœttingæ 1742. p. 15. seqq.

(z) Utpote CONRINGIUS de origine Juris Germ. c. 30. STRUVIUS in Historia Juris c. 6. §. 30. p. 487. C. G. HOFFMANNUS de origine & natura Legum Germanicarum &c. p. 129. Horum vero argumenta solide refellit AYRERUS prælaud. Diss. p. 21. seqq.

(A) Imo forte intra annos 1273. & 1290. imperante Rudolpho I. vid. JUS nostrum PROVINC. c. 22. Lit. z. Phil. Jac. LAMBACHERUS publici juris fecit Diss. epistolarem de ætate SPECULI SUEVICI &c. Viennæ 1739. in qua inter alia Codice quodam mscto demonstrat, SPECULUM ALEMANNICUM A. 1282. esse conscriptum. Quamvis igitur non desint, quæ his possent objici: inde tamen conjectura mea majus robur acquirit. Locum Msti vide in JURE FEUDALI c. 1. §. 4. not. 2.

cassse. Ita Carolum Lotharingiæ Ducem, in causa quæsitæ administrationis Tutelaris Comitatus Würtembergici, liti se obtulisse für Sigismundum den Römischen König, oder für das Schwäbische recht im Land zu Schwaben. Et anno adhuc 1485. *extare in der Beweisung des Widumbs Gräfin Elisabeth zu Zweybrücken: Daß gedachter Grafin Elisabeth - - - - gedihen, gegeben und befolgt werden soll an aller Graf Heinrichs verlassenen vahrenden haab, nach des Landes zu Schwaben recht, herkommen und gewonheit.* Cum DATTIO conspirant CONRINGIUS de origine Juris Germ. c. 31. CONRADUS SINCERUS sive KULPISIUS in Diss. Epistolica de Germanicarum Legum veterum, ac Romani Juris in Republica nostra origine & §. 21. seqq. STRUVIUS in Historia Juris cap. 6. §. 30. aliique plures, quorum dicta hic referre nimis longum foret. Dni BURI opinio de SPECULI ALEMANNICI auctoritate habetur in ipsius JURE FEUDALI pag. 194. seqq. præprimis pag. 200.

§. 20.

Alii contrarium defendunt, videlicet: SPECULUM ALEMANNICUM *vim Legis nunquam habuisse, neque in Judiciis ejus fuisse habitam rationem.* Horum agmen ducit Dn. HARPPRECHTUS in Tractatu, cui titulus: *Speculi Suevici, & præsertim Juris Feudalis Alemannici in foris Vicariatus Suevo-Franconico-Palatini non usus modernus*, ubi omnia, a prælaudatis Auctoribus ad asserendam Speculi Alemannici auctoritatem & usum in medium prolata, fuse refellere conatus est. Quantum vero in eo profecerit, aliis dijudicandum relinquo (B).

§. 21.

Utrum ad priorem, an ad posteriorem classem referam Dn. Cancellarium DE LUDEWIG, SPECULUM ALEMANNICUM modo laudantem, modo culpantem, hæsito. In Commentario ad A. B. tit. 9. p. 870. dicit: *Es ist schon oben gesagt und erwiesen worden, daß die Urheber des Schwaben- und Sachsenspiegels einfältige und unerfahrne Leuthe gewesen, welche sowohl in denen bürgerlichen, als auch, und zwar am allermeisten in denen offentlichen Reichs-Rechten und Gewohnheiten sich schändlich verlauffen, und hier und da aus denen Römischen Gesetzen etwas auffgeschnappet und meistens sehr übel in ihrem Vatterland angebracht haben. Dannenhero man auch selbigen in den alten Zeiten weder in den gerichten, noch auch in denen schulen einiges recht gelassen oder zugestanden hat. Indem diese barmhertzige Tropfen selbsten nicht gewust haben, wo sie zu hause seyn.* E contrario *ibidem p.* 172. utriusque SPECULI testimonium parvi non æstimat. Quod & fact *p.* 571. ita quidem, ut SPECULI ALEMANNICI testimonium ipsi sit adeo verum & validum, ut exclamet: Quis post hæc dubitaverit. Porro dicitur tom. 2. p. 1051.: *Man hat die abgeschmackte Geburt des Schwabenspiegels niemahlen so werth geachtet, daß man in denen Gerichten darauff reflectiren sollen.* Et paucis interjectis gratias agit SCILTERO, *quod Leges feudales patrias ex tenebris & situ protrahere, hocve lumen scabello imponere voluerit.* Cum tamen JUS FEUDALE, a SCHILTERO in lucem editum nihil sit, nisi pars SPECULI ALEMANNICI. Dn. CANCELLARIUS quidem cit. loc. ipse declarat, *quod prius saltem de privatis Germanorum constitutionibus antiquis, & de libro* JURIS PROVINCIALIS *dictum velit.* Verum prælauda-

(B) Sententiam Dn. MOSERI DE FILSECK de hoc opere habes *in denen Unpartheyischen Urtheilen von Juridisch- und Historischen Büchern* pag. 303. De utilitate, & usu pristino Speculi Alemannici vid. ibidem p. 280. ubi inter alia demonstrat, illud olim Viennæ plenum habuisse vigorem.

laudatus Dn. HARPPRECHTUS ad hæc respondens, ipsum interrogabit: *An non idem* JURIS PROVINCIALIS & FEUDALIS *sit Compilator? An non* JUS FEUDALE ALEMANNICUM SPECULI SUEVICI *sit pars?* Ad utrasque has quæstiones cum procul dubio adfirmative sit respondendum, ille ulterius interrogabit: *Unde igitur sit differentia, quod prior* SPECULI ALEMANNICI *pars, nimirum* JUS PROVINCIALE *adeo absonum, miserum, & irrisione sit dignum; in altera vero parte stupidus Compilator tantopere sapuerit, & singulari quodam in fundibulo stupiditati ejus prompta allata fuerit medela necesse esse.* Hæc sunt quæ Dn. HARPPRECHTUS illis Dn. de Ludewig assertis objicit. Aliud locorum par Dn. Cancellarii jam producamus. Lubens fateor, quid de illis statuam me fere ignorare, cum idem Juris provincialis caput uno ut Egregium monumentum commendetur; altero vero pro Delirio Compilatoris habeatur. Ita autem scribit Dn. CANCELLARIUS in Formula Brandenburgici Ducatus cap. 10. Lit. p. *Miror Doctores* EGREGIUM MONUMENTUM BIBLIOTHECÆ VINDOBONENSIS *non expendisse* &c. EGREGIUM vero hoc MONUMENTUM, ut ibi videre licet, nihil est aliud, quam CAPUT nostrum XXXI. JURIS PROVINCIALIS a PETRO LAMBECIO in Commentario de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi pro CODICE JURIS FEUDALIS FRIDERICI II. IMPERATORIS perperam (C) venditatum. E contrario in DISSERT. DE JURE SUFFRAGII REGIS BOHEMIÆ &c. cap 3. §. 1. lit. b. IDEM CAPUT inter DELIRIA UTRIUSQUE SPECULATORIS collocatur. Verum enim vero priori Dissertatione Anno 1706. posteriori autem tribus dehinc annis, habita, hæc discrepantia dubio procul inde est orta, quod Dn. CANCELLARIUS sententiam interea mutaverit, maxime supra allegato monumento a LAMBECIO producto, ex corrupto quodam SPECULI ALEMANNICI Msto desumto, uti in NOTIS ad hoc caput observavi.

§. 22.

Quamvis igitur non sit negandum, SPECULUM ALEMANNICUM æque, ac SAXONICUM multis laborare naevis & vitiis (D): mihi tamen hæret opinio, utrumque quondam (E) magnæ fuisse auctoritatis & usus in Judiciis, tanquam Codices, consuetudines & Leges ejus ævi exhibentes. Ad hoc me præcipue movent, ut nihil dicam de rationibus §. XIX. jam expositis, quæ THOMASIUS in notis ad CONRADUM SINCERUM §. 31. egregie observavit. *Non putandum*, ait, *quasi* SPECULUM SAXONICUM & SUEVICUM *contineant jura omnimo diversa. Nam* SPECULUM SUEVICUM *pene totum ex* SPECULO SAXONICO *est descriptum, saltem immutato Articulorum ordine: Mores enim Germanorum in terris ad Vicariatum Palatinum & Saxonicum pertinentibus fuere pene iidem; nisi quod in quibusdam paucis aliqua differentia*

(C) Prout Dn. CANCELLARIUS ad A. B. tom. 2. pag. 660. ipse agnoscit. Sed eodem fere modo fallitur, *tom. I. pag.* 172. existimans, AUCTOREM JURIS CÆSAREI ET REGII, cujus mentionem facit SCHARDIUS de Electoribus cap. 9. alium esse, quam SPECULI ALEMANNICI Compilatorem: contrarium enim evincitur ex MÜNSTERI a SCHARDIO laudati Cosmographia Lib. 5. c. 26. ex quo liquet, extractum ab ipso editum SPECULI esse ALEMANNICI.

(D) Quibus vero etiam non vacant JUSTINIANEUM & alia JURA.

(E) Adhuc quoque sub finem XV. & initium XVI. Seculi: alias enim tot editiones una post alteram tam brevi tempore tum non prodiissent, uti observavit SCHERZIUS in Præfatione ad JUS PROVINCIALE ALEMANNICUM pag. 5.

ſerentia fuerit, & quod Compilator SPECULI SUEVICI, *tanquam tempore posterior, multa inepte immiſcuerit ex* JURE JUSTINIANEO. Et in SELECTIS FEUDALIBUS §. 56. *Saxones & Suevi, ſeu Cives Germanici ſub terris Vicariatus Saxonici & Palatini, tanquam ex communi Germaniæ patria orti, communibus etiam juribus & moribus uſi ſunt, niſi quatenus in pauciſſimis quibusdam negotiis diverſitas inter eos obſervabatur. Unde etiam Collectiones* SPECULI SAXONICI & SUEVICI *non tam pro collectione jurium diverſorum, quam pro collectionibus diverſorum Autorum, quorum alter Saxo, alter Suevus fuit, habendæ ſunt.* Cum igitur COMPILATIO SAXONICA non Saxonibus modo ſed aliis quoque gentibus tantæ fuerit auctoritatis, vix poſſem excogitare rationem, quare Alemanni aliæque ad Vicariatum Palatinum pertinentes gentes Collectione in ipſorum uſum elaborata & cum Saxonica plurimam partem convenienti perinde non fuerint uſi. Exiſtimo, *Magiſtros coriarios, ſutores & ſartores Suevos* &c. qui iſta ætate præcipua Scultetorum & Judicum civitatenſium munia, referente Dn. Cancellario DE LUDEWIG (F) gerebant, æque ac Saxonicos, indiguiſſe libro manuali (G), quem obveniente occaſione conſulerent, atque adeo Compilationem in ipſorum gratiam confectam grato animo recepiſſe.

§. 23.

Modernum vero SPECULI ALEMANNICI uſum quod concernit, de hoc eleganter diſſerit LUDOVICI in *Præfatione Introductionis in Proceſſum feudalem* §. 10. *Es iſt zwar alles*, dicit, *dergeſtalt nicht mehr bey uns im Gebrauch, wie es in denen alten Rechten anzutreffen, allein deßhalb muß man die alte Rechte nicht gantz wegwerffen, oder, wie man zu reden pfleget, das Kind mit dem Bade ausſchütten. Iſt doch auch lange nicht alles bey uns angenommen, was in denen Römiſchen und Longobardiſchen Rechten verordnet worden, und dennoch ſind diejenige bißhero hoch gehalten worden, welche auch nur die Hiſtorie ſolcher Rechte mehr und deutlicher vorzuſtellen und zu unterſuchen ſich bemühet haben. Warumb ſolte es denn unrecht und unnöhtig ſeyn, auch die Hiſtorie der alten Teuſchen Rechte zu unterſuchen? Die Compilatores, ſo den Sachſenſpiegel (und den Schwabenſpiegel) heraus gegeben, ſind Menſchen geweſen, und haben ihre Mängel gehabt; allein man findet eben ſolche, ja noch gröſſere Fehler an denen Compilatoribus des Römiſchen und Longobardiſchen Rechts, da man doch deshalb die Geſetze ſelbſt nicht wegwirft* (H). HERTIUS *in Diſſ. de Conſultationibus, Legibus & Judiciis in ſpecialibus Rom. Germ. Imp. Rebusp.* §. 15. de hac re ita ſcribit: *Multis ex iis (ſcil. legibus veterum Germanorum) ubique in Germania & alibi conſuetudine ſupereſſe, multum quoque inſtrumenti juribus qua publicis qua privatis eas affundere, libenter concedo. Quamobrem etiam Statuta Academiæ noſtræ tit. 31. Jus Francorum & Saxonicum, Juris Anteceſſoribus commendant, addita ratione: Quod illis univerſa propemodum Europa in multis partibus hodie utatur.* Et poſt pauca: *Quare etiam non invitus cum* D. SCHILTERO *pro regula admittam: Quoties Romani Juris principium patrii Juris principiis repugnat, præſumendum, patrio jure Germanos uti, niſi Romani Juris diſpoſitio lege vel conſuetudine*

(F) In OBSERVATIONIBUS AD A. B. tom. 2. p. 1499.

(G) Niſi *Coriariis, Sutoribus, Sartoribus* &c. Suevicis plus ingenii & judicii, quàm Saxonicis, tribuere velis.

(H) RESPOSUM HALENSE de uſu moderno JURIS FEUDALIS in ſpecie extat ibidem p. 253. & in THOMASII *Juriſtiſchen Händeln* part. 2. pag. 294.

tudine recepta probetur. GOLDASTUS *in Præfatione* ad Conſtitutiones Imperiales dicit: *Der Schwäbenſpiegel iſt bey denen Schwaben, in Schwäbiſchen Gebieten, alſs Algöwern, Schweitzern &c. noch zu gutem Theil im ſchwanck, und in ihre Statuten gezogen.* Plura teſtimonia de SPECULI ALEMANNICI, in ſpecie JURIS FEUDALIS uſu moderno exhibet Dn. HARPPRECHTI Tr. de non-uſu SPECULI SUEVICI pag. 24. ſeqq. (I).

§. 24.

Paucis nunc pertractabimus *PUNCTUM QUARTUM de erroribus Auctori SPECULI ALEMANNICI objici ſolitis.* Ejus Compilator fuit homo, adeoque errare potuit, imo ſæpius erravit. Utrum vero ideo dignus ſit, cum quo adeo duriter agatur, uti Dn. Cancellarius DE LUDEWIG in ſcriptis ſuis paſſim fecit, hæc quidem eſt alia quæſtio. Virorum doctrina præcellentium, hodienum ſuperſtitum, ſcripta erroribus non ſunt vacua, qui, his non attentis, gloria ſua non defraudantur. Sane qui nulli libro in Bibliotheca locum concedere vellet, niſi qui ab omni vitio eſſet immunis, is vacuos habiturus eſſet pluteos. Equidem mihi non eſt animus veris Auctoris noſtri erroribus patrocinandi: æquitas vero expoſcit, ut quæ ad exculpationem ejus, & errores injuria ipſi imputatos a reliquis diſcernendos faciunt, adferam. Quod ut fiat eo diſtinctius, errores ipſi objici ſolitos diſpeſco in eos: qui SPECULO ALEMANNICO cum Saxonico ſunt communes, & eos, qui ipſi ſunt proprii; horum iterum alii Auctori imputandi, alii ex incuria & lapſu ſcribarum irrepſerunt.

§. 25.

Ad GENUS ERRORUM PRIMUM, nimirum *Speculo Alemannico cum Saxonico communium*, referendi ſunt ſequentes:

1. Quod, uti ORIGENES prophetizaverit, mundi fore ætates ſeptem, ita ſeptem quoque ſtatutos fuiſſe clypei militaris ordines. Ac quemadmodum nos lateat, quando ſeptima mundi ætas ſit completa, ita etiam ignorari, an in ſeptimo clypei militaris ordine conſtituti juris feudalis ſint capaces, vel minus. SPEC. ALEM. c. 8. JUS PROVINC. SAX. Lib. 1. Art. 3.

2. Julii Cæſaris ævo quatuor fuiſſe in Germania Regna, *Saxoniam, Bojoariam, Franconiam & Sueviam*, ab ipſo in Ducatus immutata, nolente quippe, ut præter ſe alius in univerſa Germania & Imperio Romano exiſtat Rex. JUS PROVINC. ALEM. c. 20. SPECULUM SAXONIC. Lib. 3. Art. 53.

3. Bohemiæ Regem, niſi ſit Germanus, in eligendo Rege ſuffragii Jure deſtitui. JUS PROVINC. c. 31. SPEC. SAX. Lib. 3. Art. 57.

§. 26.

Ad GENUS ERRORUM SECUNDUM, *Auctori* ſcilicet *Speculi Alemannici propriorum* refero primo & præprimis, quæ habet in Præfatione §. 10.

1. Pontificem Imperatori gladium ſecularem ſive ſupremam jurisdictionem ſecularem feudi jure dare.

2. Quod tot Juris Juſtinianei locos Compilationi ſuæ inſeruerit.

3. In ſpecie, quod cauſas exhæredationis ad ſucceſſiones ab inteſtato applicaverit. JUS PROVINC. c. 257.

4. Quod

(I) De JURE FEUDALI cumprimis videatur RICCIARDI DE ANTIQUIS Epiſtola. Coloniæ 1739. 4to, ubi demonſtratur, Jus feudale Longobardicum in Germania Legis vim nunquam obtinuiſſe.

4. Quod MARCIANUM Jure Consultum faciat MAGISTRUM MARCELLUM. JURE PROVINC. c. 63.

5. Quod Imperatorem Hadrianum Magistri titulo, qui plurimas condiderit LL. provinciales insigniat. JURE PROV. c. 331.

6. Quod tot materias ex Bibliis desumtas Juri suo provinciali, & inepte quidem sæpius, intexuerit.

7. In specie quod ex sancto Evangeliorum Libro fecerit Historiam Scholasticam. JUS PROVINC. c. 93.

8. Quod CAROLUM M. habeat pro Sancto. JURE PROV. c. 10.

9. Quod contra omnem historiæ fidem asserat, LEONEM Papam a Civibus Romanis fuisse excœcatum. JURE PROVINC. c. 276.

10. Imo eundem Papam Caroli M. fuisse fratrem Germanum. JURE PROVINC. c. 187.

11. Quod varia a Carolo M. erronee derivet, imo asserat, in Libro suo multas extare Leges a Constantino M. & Sylvestro Papa sancitas. JURE PROVINC. c. 1. & 5.

§. 27.

TERTIO ERRORUM GENERI, *quippe non ab Auctore æque, ac ab incuria scribarum & mendosis copiis promanantium, accenseo*

1. Quod LEX AELIA SENTIA dicatur LEX ESSENTIA. JURE PROVINC. c. 66.

2. Quod ZELAPHEAD in SASAPAR, JURE PROV. c. 285. &

3. CHILDERICUS Francorum Rex in LESCHANDUM fuerint transformati. JURE PROV. c. 351. §. 2.

Atque hi sunt præcipui errores AUCTORI nostro a diversis, præprimis vero ab HOFFMANNO in Conjecturis de origine & natura Legum Germ. p. 136. & a Dn. HARPPRECHTO de non-usu SPECULI SUEVICI moderno, p. 190. objecti.

§. 28.

An vero hi, quorum SPECULI ALEMANNICI Auctor arguitur, errores, etiamsi in genere tales essent censendi (K), ejus sint indolis, ut propterea illius testimonium (L) de sui ævi consuetudinibus suspectum vel plane invalidum sit; valde dubito. In SPECULO nostro deprehendi errores historicos, aliosve, qui est qui neget? Verum non valet consequentia; *Auctor* SPECULI ALEMANNICI *aliquoties lapsus est circa historiam, diversa quoque cumprimis e. g. ex Bibliis deprompta operi suo passim, & inepte quidem, intexuit: ergo solida consuetudinum destituitur ætatis suæ scientia.* Sane si rationes ita subducere liceret, quod Jure Consulti celebres, Judices, Advocati ab officio & Professione se abdicare deberent: notum cum sit, quam parum Jurium Cultores curent historiam; Schlendrianus fructuosus & Praxis aurea sunt circa quæ unice occupantur. Verum hic non subsistimus, errores quippe supra recensitos sigillatim perlustraturi, & judicium deinde lectori permissuri: *Utrum ejus sint momenti, ut* SPECULUM ALEMANNICUM *fœtus hominis plane inepti censendum sit, qui eo unquam fuerit loco, ut ejus in Judiciis habita fuisset ratio.* Eruditus *Auctor der Antwortschreiben auf etliche Fragstücke eines Gelehrten Edelmanns* ad minimum aliter sentire videtur. Verba ejus, ad Speculum Alemannicum commode applicanda, digna sunt, quæ hic adjiciantur. Ita vero scribit *Epistola* 17. circa SPECULUM SAXONICUM: *Von Historischen Dingen, welche per accidens hinein kommen, redet man jetzo nicht. Legis est vetare, præcipere, non narrare historias*

(K) Infra vero apparebit, aliqua sine ratione pro erroribus haberi, aliqua ita esse comparata, ut Auctor propterea tantopere culpetur.

(L) Maxime JURE SAXONICO confirmatum eique consonum.

historias. Niemand verwirft deswegen die Reichs-Abschiede, obgleich in einem derselbigen Maximilianus Justinianum seinen Vorfahren am Reich genennet hat; der aber doch so wenig sein Vorfahr gewesen, als Selym der Türckische Sultan (M). *Leüber hat nichts wichtiges wieder den Sachsenspiegel können aufbringen, als daß etliche historische Fabeln darinnen stünden. Das gute aber hat er nicht berühret. Inzwischen komt es sehr einfältig heraus, wann dieser Mann behauptet, man müste die Teutsche Sächsische Gesetze allein aus denen Historicis herleiten: da doch ein halbblinder siehet, daß mehr als tausend Fußstapfen davon in dem Sachsenspiegel sind; welche gewiß Repkau nicht aus denen Fingern gesogen, sondern wie es zu seiner zeit, das ist, unter der Regierung Friderici II, gewesen, aufgezeichnet hat. Repkau aber wird ja vielleicht soviel gelten* (N), *als ein einfältiger Mönch, der von ohngefehr etwas von den Teutschen Rechten in seine Chronic geschmieret hat &c.*

§. 29.

PRIMUM, ERRORUM GENUS, *Auctori* scilicet *nostro cum Speculo Saxonico communium* in genere quod attinet, mihi videtur, quod circa illos non tam de AUCTORE nostro, quam de AUCTORE SPECULI SAXONICI conqueri debeamus. Hic enim illum seduxit, huic nimiam habuit fidem. Error quidem semper manet error, qui vero non ignorant, quantum auctoritatis præjudicium omni tempore valuerit, & adhuc valeat, hos ipsi facile ignoscent. In NOTIS ad JURIS PROVINCIALIS CAPUT 31. hujus rei adduxi exemplum: ubi viri celeberrimi antecessorum suorum auctoritate inducti fuere ad asserendum: *Rudolphum I. dignitatem Electoralem Regi Bohemiæ abjudicatam Duci Bavariæ Anno* 1275. *per Decretum adjudicasse*; cum tamen in dicto Decreto nec minimum hac de re extet.

§. 30.

PRIMUM hujus classis ERROREM quod concernit, videlicet: *Quod uti* ORIGENES *prophetizaverit, mundi fore ætates septem: ita quoque septem fuisse statutos clypei militaris ordines. Ac quemadmodum nos lateat, quando septima mundi ætas sit completa: ita etiam ignorari, an in septimo clypei militaris ordine constituti juris feudalis sint capaces, vel minus.* JURE PROVINC. c. 8. JURE PROV. SAXON. Lib. I. Art. 3. Negandum quidem non est, argumentum hoc quam longissime esse petitum: nihilominus confido, fore, ut ratiocinium hoc REPCHOVIO & AUCTORI nostro vitio nimis non vertatur, cum ignoscatur Papæ INNOCENTIO III. cap. 8. de consang. & affinit. ita differenti: *Quaternarius numerus bene congruit prohibitioni conjugii corporalis: de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis;* GRATIANUS quoque vir censeatur honestus, licet cauf. XXXV. Quæst. IV. c. 1. non multo melius quam AUCTOR noster ratiocinetur: *Ideo autem usque ad sextum generationis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur: ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur* (O). Imo vero admodum est simile, hunc textum

(M) TRIBONIANUS itidem circa historiam aliquoties erravit, ut taceam Emblemata, de quibus WISSENBACHIUS singularem conscripsit Dissertationem.

(N) De ævo suo scribenti ad minimum tanta fides est habenda, quanta Historico fide dignissimo.

(O) Ejusdem farinæ ratiocinium habes apud JAQUELOT de la verité & de l'inspiration des Livres du Vieux & du Nouveau Testament Part. 2. Chap. 9. p. 362.

textum Repchovio effingendi similis sui dedisse occasionem, uti & ejus Glossator disertis verbis ad cit. canonem provocat, maxime vero convenienter subjungit: *Meminerisautem, candide Lector, si quæ in præsenti Articulo, ac quibusdam aliis, confragose minusve commode dicuntur, id omne simplicitati moribusque majorum largiendum esse, ut quos acrior armorum quam litterarum cura exercuit* &c.

§. 31.

Progredior ad errorem secundum. Utriusque Speculi adsertio: *Julii Cæsaris ætate*, sive, ut habet Speculum Saxonicum: *priusquam Germani a Romanis fuerint devicti, in Germania quatuor fuisse Regna, Saxoniam, Bojoariam, Franconiam & Sueviam* &c. Jure prov. c. 20. Spec. Sax. Lib. 3. Art. 53. utique consistere nequit. Hoc itaque verum censemus errorem historicum, quod ad dictum tempus; res autem ipsa, nimirum memoratas quatuor regiones Regna quondam fuisse, veritas manet inconcussa. Reges Francorum satis celebres sunt. Saxonia erat Regnum Imperante Ludovico Juniore, Bojoaria sub Ludovico Germanico, ejusque filio Carolomanno, Suevia sub Carolo Crasso, uti in Gundlingianis part. XXI. p. 11. traditur.

§. 32.

Errorem tertium: *Regem Bohemiæ, nisi sit Germanus*, jure suffragii in eligendo Imperatore destitui, Jure provinc. c. 31. Spec. Sax. Lib. 3. Art. 57. defendere nolo, sed verum esse errorem lubens concedo. Auctor tamen noster aliquatenus & eo magis est excusandus, quod in hoc non Repchovium modo, verum &, uti videtur, Albertum Stadensem habuit prædecessores, & in Decretis Concilii Lugdunensis de anno 1245. eo proceditur, ut dicatur: *Magnates Alemanniæ, non tamen Electores Imperatorum. Rex Bohemiæ. Dux Lotharingiæ* &c. cum e contrario ex Auctoris nostri sententia Rex Bohemiæ ab electione Imperatoris hoc saltim casu excluderetur, si parentes ejus, vel ad minimum alter eorum, non essent Germanicæ originis.

§. 33.

Sequitur secundum errorum genus, *Auctori scilicet Speculi Alemannici propriorum. Primum* hujus classis *errorem* quod attinet, nimirum *Papam Imperatori gladium seculare, seu supremam jurisdictionem secularem in feudum dare*, Præfat. §. 10. autumo, hodie quidem quempiam vix repertum iri, qui hanc assertionem publice propugnare velit, quippe quæ ab omnibus moderatis Romano-Catholicis, maxime a Protestantibus, tanquam doctrina impia, damnatur: Ast olim non erat sic, adeoque hoc Auctori nostro, intuitu ordinis & ævi sui depravati status pro errore imputari nequit (P) Imo forsan adhuc passim inveneris, qui, si liceret, hoc ipsum ceu veritatem defenderent, quod Auctori nostro ut error objicitur.

§. 34.

Secundus error dicitur: *Quod Auctor tot* Juris Justinianei *locos Compilationi suæ inseruerit.* Verum neque pro errore Auctoris principali jure reputari potest (Q). Imo Compilator, comparatus cum iis, qui post ipsius tempora ad concinnandas ordinationes provinciales, Statuta

p. 362. *Les Docteurs de ces premiers siecles nous assurent, qu'il n'y devoit avoir que quatre Evangiles, parce qu'il n'y a que quatre elemens, quatre points de l'univers, l'Orient, l'Occident &c. & sur tout quatre faces aux Cherubins dans la vision d'Ezechiel;* Iren. Lib. 3. cap. 11. *de la vient, qu'ils caracterisent les Evangelistes par quelqu'une de ces faces* &c.

(P) vide supra §. 5. hac de re dicta.

(Q) Rationem vide supra §. 4.

Statuta & Reformationes fuerunt adhibiti, laudandus adhuc est. Quanquam enim paucula quædam ex JURE JUSTINIANEO Compilationi suæ immiscuerit; maxima tamen SPECULI pars ex veteribus ipsius ævo receptis moribus & consuetudinibus Germanorum constat, & hi ab illis satis dignosci possunt. Sequentes vero COMPILATORES jura extera & patria adeo confuderunt, ut hæc vix amplius cognosci possint. Ac quo recentioris ætatis ejusmodi COMPILATIO est, eo pauciora vestigia de Germanorum moribus in illa deprehenduntur. Imo si in majori horum COMPILATORUM parte situm fuisset, de iis ne punctulum quidem supereſſet, tantopere in deroganda illis auctoritate, exteris autem legibus concilianda, laborarunt, ex quo denique ignorantia, & inde fluens contemtus veterum præclararum legum & consuetudinum Germanicarum necessario consequi debuit.

§. 35.

Sed progredior ad ERROREM TERTIUM: *Auctorem nostrum causas exhæredationis ad successionem ab intestato, modo plane absono, applicasse,* JURE PROVINC. c. 257. quem. Dn. de UFFENBACH in Diss. de Quasi Emancipatione Germanorum optime adnotavit, simul adnectens quæ ad exculpandum AUCTOREM nostrum quodammodo facere possunt; ita enim scribit: JUS ALEMANNICUM *seu* SUEVICUM *post* JUS SAXONICUM *jam iis temporibus, ubi magis magisque in Germania etiam inclarescebat* JUS ROMANUM, *collectum est. Et per totam Collectionem hinc inde patet, quod Collector, quicunque fuerit, valde deditus fuerit,* PRO CAPTU ILLORUM TEMPORUM, *studio* JURIS ROMANI, *ut quod passim immiscuit, in tantum,* ut CAP. 253. (hic cap. 257.) *causas* 14. *exhæredandi liberos ex* JURE JUSTINIANEO *imprudenter transtulerit ad mores Germaniæ, utpote apud quos, ut ex toto* SPECULO SUEVICO *patet, nondum invaluerat mos testandi. Unde coactus fuit istas* 14. *causas, invita Jurisprudentia Romana & Germanica transferre ad successionem ab intestato, ac si iis jura harum successionum amitterentur.* Aequum videbatur Compilatori, ut liberi ob causas a Justiniano statutas hæreditate sua privarentur, ideo hanc legem in Germania in usum deducere nitebatur. Quid igitur consilii? Mos de bonis suis per testamentum disponendi ibi non multum erat receptus (R). Quodsi itaque hanc legem COMPILATIONI suæ vellet inferere, eandem ad successionem ab intestato transferre cogebatur, sive huic conveniret, sive minus. Utrum & in quantum hoc in censum erroris venire queat, Lectori dijudicandum relinquo, hoc saltem observans, exclusionem a successione ab intestato, quam exhæredationem legalem haud inepte dixeris, Legibus Germanorum antiquis, ante Collectionem quoque SPECULI ALEMANNICI, plane incognitam non fuisse, & aliqua illius vestigia in Ordinationibus provincialibus sequioris ævi extare, hodienum recepta. Ita *Constitutio quædam* HENRICI II. de A. 1013. habetur apud GOLDASTUM Constit. Imperial. tom. 3. p. 312. ubi Imperator statuit: *Quicunque propter cupiditatem rerum, patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, vel neptem aut aliquem suum propinquum, vel per se, vel per alium interfecerit, hæreditas interfecti ad alios suos legitimos hæredes perveniat.* Et HENRICUS V. ibidem pag. 319. sancit: *Ut quicunque seu in legitima ætate, sive infra ætatem legitimam, uxorem duxerit, vel desponsaverit, si morte præventus fuerit, nulli propinquorum suorum liceat, viduam vel desponsatam illius uxorem ducere. Quodsi quis*

(R) Non enim erat plane incognitus, uti ex diversis SPECULI nostri locis liquet, quos videas in INDICE sub voce: *Testamentum.* Imo CAPUT nostrum 300. ex professo agit de exhæredatione per ultimam facta voluntatem. Cf. §. 289.

quis hoc fecerit, tam mulier quam vir ex hac lege exhæredati sint, omniumque bonorum eorum amittant facultatem, & medietas propinquis parentibus, & altera medietas ad fiscum deveniat. Et quicunque ex hujusmodi conjugio natus fuerit, ipse quoque (sicut & parentes sui) ex hac lege exhæredatus sit. FRIDERICUS II. itidem disponit in GOLDASTI Constitut. Imperial. Part. II. p. 17. *Welcher son syn vatter von synen Burgen, oder von andern syne gute verstoßet, oder entpfrymmet, oder raubt, oder zu sines Vatter finden sich macht mit eyden oder mit truwen, datz es uff synes vatters ere geet, oder uff sin verderbnysse: bezeiget yne deß sin vatter zu den Heiligen für syne Richter mit zweyn Sempermannen, dy nymant mit rechte verwerffen mag, der sone soll sin urteylt eygens und lehens und farens guts ewiglichen, daß er von Vatter und von Mutter erben solt, also daß ym der Richter noch Vatter eyner wider gehelffen mag, daß er keyne recht zu dem gutte nymmer gewynnen moge.* Idem repetit ALBERTUS I. ibidem pag. 24. & VETUS JUS AUSTRIACUM, apud LUDEWIGIUM Reliq. Manusc. tom. 4. p. 2. Porro, qui desiderat exemplum, quod liberi hæreditatis suæ parte etiam sine testamento hodienum possint privari, is adeat SCHMIDII Commentarium ad Jus Municipale Bavaricum tom. 3. pag. 755. tit. 40. Art. 9.

§. 36.

PRO ERRORE QUARTO reputatur: *Quod Auctor noster Jure Consultum Marcianum faciat Magistrum Marcellum*, JURE PROVINC. cap. 63. Verum SCHILTERUS hoc pro errore non habet, existimans: ULPIUM MARCELLUM intelligi (S). Utrum vero SCHILTERI opinio, re penitius inspecta consistat, de hoc valde dubito. Potius arbitror, AUCTOREM nostrum hoc scribentem Corpus Juris ad manus non habuisse, ideoque ex errore memoriæ scripsisse *Marcellus* pro *Marcianus*. Cujusmodi error cuivis facile obrepere potest: e. g. in LEGE LONGOBARDORUM Lib. 2. Tit. 47. §. 11. & in DECRETALIBUS de juramento calumniæ est: DIVUS MARCUS, cum tamen dici debuisset: DIVUS MARCIANUS, prout observatum est in GUNDLINGIANIS partic. I. p. 303. Similem errorem nuper inveni in scripto quodam, cui titulus: *Grundlicher Discurs von Beschiffung der Flüsse*, LUNIGII Selectis Scriptis illustribus inserto; Ibi enim dicitur p. 1074. *Die Publicisten haben vorlängst schon beklagt, daß der Kayser Sigismundus, umb seines ungeschickten Sohns des Wentzels willen, denen Fürsten am Rheine, absonderlich denen Geistlichen die Zölle des Reichs hingegeben.* Dubito autem, an futurum sit, ut AUCTOR hujus scripti propterea prædicetur *homo ineptus*, & majoris vitii, quam levis incuriæ & imprudentiæ insimuletur.

§. 37.

QUINTUS ERROR esse perhibetur: *Quod Auctor Imperatorem Hadrianum nominet Magistrum, qui multas Leges provinciales condiderit.* Ast non puto, pro errore haberi, quod Hadrianum Magistri titulo insigniverit, in multis eruditionis partibus ipsi convenienti, teste Spartiano in vita ejus. Error procul dubio in hoc consistere creditur: *Compilatorem ignorasse, quod* HADRIANUS *fuerit Imperator, sed illum simplicem deputasse Jure Consultum.* Verum neque hoc satis liquet: AUCTORIS enim nostri verba non optime conveniunt Jure Consulto & homini privato. Dicit: *Eyn Meister heysset Adrianus, der des Landrechts vil gemacht hat.* Jura provincialia condere non est privati, sed Superioris. Hoc ipsum autem: *Compilatorem nostrum pro persona privata non habuisse*, vero adhuc sit similius, si cap. 63. JURIS nostri PROVINCIALIS consulatur. Ibi enim AUCTOR noster itidem loquitur de Magistro, nimirum de *Marcello* vel *Marcia-*

(S) Vide *notas* ad cit. cap. 63.

tiano, cujus §. PRÆCED. mentio facta. Cum vero hic dicatur: *Der des Landrechtes vil gemacht hat*, illic dicitur: *Der den Künigen half vil guter Landrecht machen.* Atque uti illud cum munere Principis, ita hoc cum munere ministri sive privati congruit. Adeoque Compilator in sua propositione Principem a subdito, & Legislatorem a Consiliario distinguere probe scivit.

§. 38.

SEXTUS ERROR censetur: *Quod Auctor tot materias ex Bibliis depromtas Juri suo provinciali, & sæpius quidem inepte, intexuerit.* Hoc autem defendere nolo. Sane Auctor prudentius egisset, si frequentes, & quandoque obtorto quasi collo allegatos locos Biblicos omisisset. Simul tamen considerandum est, illum verosimiliter (T) fuisse Clericum, & qua talem hoc ipsum pro maximo operis sui ornamento reputasse, propter quod nunc taxatur. Ista ætate Clericis familiare fuisse videtur, ubique ostentare, quantum in Sacris Literis sint versati, sive hoc fieret convenienter, sive minus. Hujus rei exemplum recentiori adhuc ævo inter alia nobis est PRÆFATIO AUREÆ BULLÆ, qua Dn. Cancellarius de Ludewig (U) pariter est commotus, ut ejus Auctorem Clericum fuisse conjiceret.

§. 39.

Minus autem perspicio, quamobrem SEPTIMO ut error *notatur*: *Auctorem sacrum Evangeliorum librum feciſſe Historiam Scholasticam.* JURE PROVINC. c. 93. Nam quod AUCTOR in vetere & novo Testamento probe fuerit versatus, in Compilatione sua nimium demonstravit. Quare igitur sit error, quod hic ad PETRI COMESTORIS, sive MANDUCATORIS Historiam Scholasticam (X) provocet!

§. 40.

OCTAVO Dn. HARPPRECTUS pro errore habet: *Quod Auctor Carolum M. inter Sanctos referat.* JURE PROV. c. 10. Circa hoc autem Auctorem carpendi ratio non subest, nubes enim Auctorum veterum & modernorum testantur, CAROLUM M. in Catalogum Sanctorum esse relatum (Y).

§. 41.

ERROR NONUS secundum Dn. HARPPRECHTUM est: *Quod Auctor contra omnem Historiæ fidem adserat, Leonem Papam a Civibus Romanis esse excæcatum.* JURE PROV. c. 276. Verum licet egomet ipse hoc pro fabula habeam; non tamen video, quo jure dicatur: *Auctorem id contra omnem Historiæ fidem adseruisse*, non EGINHARDO solum in Vita CAROLI M. sed AUCTORE etiam ANNALIUM REGUM FRANCORUM, ab HEINECCIO & LEUCKFELDIO suis *Rerum Germanicarum Scriptoribus* inserto, ad A. 799. aliisve pluribus (Z) idem ut veram historiam referentibus. Nostris quoque temporibus non deesse, qui

(T) Vid. supra §. 4.

(U) In COMMENT. AD A. B. tom. 1. p. 20.

(X) Hæc diversis vicibus prodiit, utpote *Reutlingæ* 1473. *Argentorati* 1483. &c. Vid. HEDERICHII Notitia Autorum p. 993. & FABRICII Bibliotheca mediæ & infimæ Latinitatis Lib. 3. pag. 1134. ubi dicitur, hunc librum Venetiis A. 1728. esse recusum.

(Y) In CHRONICO COMITUM SCHWABENBURG. apud MEIBOM. Rer. Germ. tom. I. p. 505. dicitur: *Anno* 1165. *Sanctissimus Rex & Imperator Carolus Magnus, Saxonum & Westphalorum Apostolus canonizatur.* Plura hujus rei testimonia prostant inter alia in HAHNII Historia Imperiali tom. I. p. 93. ut nihil dicam de Scriptoribus modernis.

(Z) Vide ECCARDUM de Rebus Franciæ Orientalis tom. I. p. 789.

qui de veritate hujus Historiæ non ambigunt, exemplo est celebris Societatis Jesu sodalis TURCKIUS, eandem in Fastos suos Carolinos referens. Ac si quis ulteriori investigationi vacare vellet, is dubio procul non modicum hujuscemodi historicorum credulorum numerum inveniret.

§. 42.

Auctori nostro DECIMO exprobratur: *Quod Leonem Papam faciat Caroli M. fratrem.* JURE PROVINC. c. 187. 276. Id quod in censum veri erroris historici venire concedo. Verum AUCTOR noster in hoc solus non erravit. STRICKERUS de Caroli M. Expeditione Hispanica in SCHILTERI Thesauro tom. 2. p. 3. & 6. Leonem pro Caroli M. fratre pariter venditat. In CHRONICO LUNEBURGICO apud Dn. ECCARDUM in Corpore historico tom. 1. p. 1321. dicitur: *Men vint oc geſcreven an etliken Bogen, dat Paues Leo were Koning Karles Broder* &c. In JUDICIORUM WESTPHALICORUM ORDINATIONE veteri, extante apud HAHNIUM in Collectione Monumentorum veterum tom. 2. idem perhibetur. In vetere quodam LIBRO DANICO DE MISSA Leo Papa itidem dicitur Caroli M. frater. PONTOPPIDANI Annales Ecclesiæ Danicæ tom. 2. p. 327. Sane errores historici, qui ab eruditis sunt commissi & adhuc quotidie committuntur, sunt innumeri, quid mirum quod AUCTORI nostro idem contigerit. Unum saltim, paucis cum possit esse cognitus, allegabo. Jure Consultorum nostri ævi celeberrimorum aliquis J. S. prælegebat textum Pandectarum in S. A. 1700. qui, cum veniret ad Tit. de Officio Proconsulis L. 4. pr. verbis: *Ut Imperator noster cum Patre Ausidio Severiano rescripsit*, Auditoribus suis inter quos & ego eram, sequentem eximiam, si Diis placet, observationem in calamum dictavit, quam tum, ut notatu maxime dignam meo Corpori Juris in margine adscripsi, & hic communico: *Quis ille Ausidius Severianus sit, non constat, vixit autem Ulpianus tempore Septimii Severi & Alexandri Severi. Septimium sæpé nominat Divum Imperatorem, unde conjectura, quod forte sit ejus pater, sed nunquam traditur, Septimium patrem suum Consortem Imperii adsciviſſe.* Certus sum hunc errorem, majoris esse momenti, quam illum Auctoris nostri erroremi, maxime cum tantus vir ita sit lapsus, & verba satis clare innuant: *Imperator noster* (M. BASSIANUS ANTONINUS CARACALLA) *cum patre* (*Septimio Severo, qui filium in consortium Imperii adsciverat*) *Ausidio Severiano* (*Proconsuli*) (a) *rescripsit.* Verum opprobrio se exponeret, qui propterea laudati Viri celebris præclaram doctrinam in dubium vocare, aut erudita ejus scripta vilipendere vellet.

§. 43.

UNDECIMUS ERROR esse creditur: *Quod Compilator plura a Carolo M. per*

(a) TRISTANUS in Commentaires historiques tom. 1. p. 539. conjectat, hunc *Severianum* illum esse Africæ Proconsulem, quem APULEJUS Floridor. Lib. 2. alloquitur, & summis laudibus exornat. Existimat illum esse filium TITI sive TITII AUFIDII OENI SEVERIANI, cujus fit mentio L. 20. §. 6. ff. de hæredit. petit. & cum *Severianus* noster habuerit filium, quem APULEJUS nominat *Honorinum*, putat vocem *Oenus* esse corruptam, ejusvé loco legendum esse: *Honorinus.* Hic *Titus Ausidius Oenus Severianus* ab ANTONIO AUGUSTINO habetur pro Consule suffecto, uti videre licet in RELANDI Fastis Consularibus p. 838. Sed GOTHOFREDUS in notis ad h. l. duas ex illo facit personas, *Titium Ausidium & Oenum Severianum.* HOTTOMANNUS in Primis Juris Civilis Elementis p. 477. Edit. de A. 1716. vult, pro *Oenus* legendum esse, *Fronto Arriq.* Si opinio TRISTANI, veritate niteretur, APULEJUS imperante *Commodo, Severo & Caracalla* vixerit; necesse esset; cum vita ejus sub Imperio *Hadriani & utriusque Antonini* alias collocari soleat. Eundem autem revera sub *Severo* vixisse, vide apud CAPITOLINUM in *Clodio Albino* c. 12. circa finem.

per errorem derivet, imo adſerat, in Codice ſuo multas extare Leges, a Conſtantino M. & Sylveſtro Papa conditas. JURE PROVINC. c. 1. & 5. Ad excuſandum AUCTOREM hic utar verbis CONRINGII in Tr. de origine Juris Germ. c. 30. pag. 181. circa Speculum Alemannicum prolata: *Illi ætati*, inquit, *receptum fuit, nihil non legum & conſuetudinum, quarum initia latebant, in Conſtantinum & Carolum Auctores referre.* Atque HERTIUS vol. 1. tom. 2. p. 420. dicit: *Ludus horum temporum ſolennis fuit, res magnificas & illuſtres, quarum auctor ignorabatur, in Caroli & Ottonis M. claritatem referre* &c. (b).

§. 44.

Ad TERTIUM ERRORUM GENUS *non æque ab Auctore ac ab incuria & lapſu ſcribarum promanantium* me nunc fert ordo. Sequentes autem ad hanc claſſem eſſe referendos, nemo, qui pauca tantum perluſtravit Mſta, dubitabit. Profeſſores in Academiis adhuc hodie experiuntur, Collegia ſua, priusquam in tertiam vel quartam manum venerint, quandoque adeo corrupta eſſe, & deformata, ut illa pro labore ſuo amplius agnoſcere fere nequeant.

§. 45.

Huc autem PRIMO ſpectat: *Quod* LEX AELIA SENTIA *mutatum ſit in* LEX ESSENTIA. JURE PROVINC. c. 66. Incidit quoque in oculos, ex *Acl.* vel *El.* (c) *Sentia* per errorem fieri facillime potuiſſe *Eſſentia.*

§. 46.

Plus vero difficultatis habet ERROR SECUNDUS, *ubi Zelaphead dicitur Saſapar.* Vox *Saſapar* enim a *Zelaphead*, uti LUTHERO vocatur Numer. 27. vel a *Salphaad*, ſecundum VULGATAM, nimium diſſonat. Sed vitium hoc ab AUCTORE noſtro eo minus promanare poteſt, quod in SPECULO ſuo nimis demonſtravit, Biblia ſibi non eſſe incognita; ſcribis autem illud eſſe imputandum, eo fit certius, ſi conſideres, copias non conſonare, ſed vocem hanc ab uno magis quam ab altero fuiſſe corruptam. CODEX enim JUNGIANUS & BERGERIANUS habet *Saſalphaar.* Apud. Dn. SCHANNAT legitur *Gabalphat.* In CODICE UFFENBACHIANO: Salaphaar. optime vero in CODICE FESCHIANO: *Salphaar*, quippe quod cum VULGATA, præter ultimam literam, convenit.

§. 47.

TERTIO Auctori objicitur: *Quod ex Childerico effinxerit Regem quendam Leſchandum.* JURE PROVINC. c. 351. §. 2. In NOTIS obſervavi, quod AUCTOR noſter veroſimiliter ſcripſerit: *Bey den zeiten, was ein Kiinig zu Franckreich der hieß Laſſhand.* Hæc enim vox Gallicum *le Faineant* & Latinum *Ignavus* præciſe exprimit, quo cognomine inſigniri ſolet *Childericus* a diverſis Hiſtoricis (d). Hoc vocabulum a ſcriba inſcito deinceps pro vero Regis nomine habitum, & majoris ornamenti gratia latina terminatione us auctum fuit, unde Rex *Laſſhandus* & tandem *Leſchandus* eſt natus.

§. 48.

(b) Ita *Carolus M.* a *Ruperto* Imp. IN DIPLOMATE DE A. 1404. Comitibus *de Sultz* dato, ap. SCHILTER. Inſtit. J. P. Lib. 4. tit. 9. §. 2. prædicatur *Conditor Judicii Rotwilenſis.* Et *Fridericus* III. in Reformatione §. 9. eundem *Auctorem* quoque facit *Judiciorum Vehmicorum.*

(c) Olim loco *Æ* vulgo ſimplici *E* uſos eſſe, ſatis notum eſt, nec probatione indiget.

(d) Vide ANSELME Hiſtoire Genealogique de la maiſon Royale de France. T. I. c. 1. p. 11. PASQUIER dans ſes Recherches L. III. c. 10. eum itidem vocat *Childeric faineant.*

§. 48.

Hi ſunt præcipui errores, Auctori noſtro a diverſis hucusque objecti. Utrum vero iidem ejus ſint indolis & momenti, ut Speculum Alemannicum propterea *fœtus adeo ineptus, cujus rationem in judiciis habere, indignum ſemper fuerit viſum*, cenſeri, ejusque Auctor *Tenebrio, Speculator bardus ac ſtupidus* proclamari poſſit, Lectoris judicio permittitur. Certe, qui temporum, quibus Speculum Saxonicum & Alemannicum fuere collecta, ſtatum depravatum perpendit, de Auctoribus lenius judicabit, iisque nonnullos largietur errores, quos noſtra ætate, ubi omnes ſcientiæ ad majorem perfectionis gradum pervenere, inque omnibus eruditionis partibus ſufficientia proſtant ſubſidia, Auctori indulgere non ſubeſſet ratio.

§. 49.

De præſenti Speculi Alemannici (e) editione ut aliquid dicam, Lector hic habet ejus Textum, prout illum exhibet Editio Augustana Anni 1480. Non ſolum in capita, ſed & in paragraphos eſt diviſus, qui poſteriores autem non optime ſunt diſpoſiti, quamobrem omnia quidem paragraphorum ſigna, ibidem extantia, retinui: in numerandis autem paragraphis ſecutus ſum Goldastum. Inſuper cuique capiti convenientem præfixi numerum, in vetere hac editione itidem deſideratum.

§. 50.

Jus provinciale in ſpecie quod attinet, cum ſeries capitum in Theſauro Schilteri & Editione Bergeriana a noſtra omnino diſtaret, huic in commoditatem Lectoris præfixi *capitum Concordantiam*, cujus ope utriusque Editionis capitum numerus in noſtra ſtatim inveniri poteſt. Porro, cum Auctor noſter majorem operis ſui partem a Speculo Saxonico mutuatus fuerit, adjeci Tabulam, Articuli Juris Saxonici locum parallelum in Speculo Alemannico indicantem, adeoque utriusque juris collationi apprime commodam. In Jure provinciali non ſuo ſolum quodvis caput deſignatur numero, ſed notatum quoque vides caput Theſauri Schilteriani & paginam Editionis Bergerianæ idem exhibentium; imo adjectus quoque eſt numerus capitis Editionis Goldasti. Utut enim hujus capitum ſeries a noſtra non diſcrepet, eorum tamen numeri variant, uno nostræ Editionis capite in illa in plura diſſecto, & vice verſa. Capita Theſauri Schilteriani, ac utriusque Codicis Msti concinnandæ noſtræ Editioni adhibiti, in dicta antiqua Editione deficientia, illi loco convenienti ſunt inſerta, & editorum nominibus, a ceteris ut dignoſcantur, notata. Ac licet pateat, capita ex Codice Uffenbachiano deprompta, & Juri provinciali ſubnexa, non eſſe Auctoris Speculi Alemannici; illa tamen hic omittere nolui, ut omnia, quæ quodammodo huc ſpectant, in hoc Codice habeas collecta. In notis cuique capiti ſubjectis indicati primo ſunt fontes, ex quibus Auctor ſua hauſit, utpote in ſpecie *Speculum Saxonicum, porro Leges Alamannorum, Bajuvariorum, Ripuariorum, Capitularia Regum Francorum, Conſtitutiones Imperatorum* &c. ex quibus Auctor noſter varia hinc inde mutuo ſumſit (f). Deinde præcipue exhibent

va-

(e) Qua de cauſa Auctor Opus ſuum Speculi titulo inſigniat, videre licet in Præfatione Operis.

(f) Fontibus, quibus Auctor noſter uſus eſt, Weichbildum Saxonicum accenſere non licuit, cum nondum ſit deciſum, utrum hoc, an Speculum Alemannicum ſit antiquius, ejus tamen loca parallela ubique obſervavi.

VARIANTES LECTIONES, ad emendandum textum facientes, ex subsidiis §. 1. allegatis, desumtas (g). Quandoque inspersum est factum historicum textum illustrans. Denique nonnulli errores, circa *Speculum* nostrum ALEMANNICUM commissi, notati sunt, imo libertate sumus usi, versionem latinam Dn. SCHERZII paucis in locis emendandi.

§. 51.

Quod ad JUS FEUDALE, series capitum hujus & GOLDASTIANÆ imo & SCHILTERIANÆ EDITIONIS multum discrepant. Ac licet ipse arbitrer ordinem GOLDASTI & BERGERI nostro præstare, quippe non cum JURE solum SAXONICO, sed AUCTORE quoque DE BENEFICIIS convenientem: melius tamen visum est, antiquam Editionem in pristino suo Capitum ordine recudendam curare, quam propria auctoritate in eo aliquid immutare, maxime cum hoc discrimen allegationes evolventibus impedimento esse nequeat, modo Tabulam Juri feudali præfixam consulere velint. Cæterum in JURE FEUDALI omnia eodem modo sunt dispositа, uti in JURE PROVINCIALI. Quodlibet caput differentiam numeri ex GOLDASTO & SCHILTERO habet prænotatam. In notis primum locum tenent loca parallela JURIS FEUDALIS SAXONICI & AUCTORIS VETERIS DE BENEFICIIS, hæc excipiunt lectiones variantes emendando textui infervientes, ubi ex JURE SAXONICO & AUCTORE DE BENEFICIIS simul observatum, quid ad illas nonnihil conferre potuerit. Denique videns, SCHILTERUM in translatione latina non frequentissime solum a textu originali discedere, sed quandoque etiam verum ejus sensum non invenisse, prius in notis hinc inde observavi; posterius autem ibidem emendare conatus sum, nec de reliquo quicquam prætermisi emendando textui idoneum.

§. 52.

JUS FEUDALE sequitur AUCTOR VETUS DE BENEFICIIS a celeberrimo THOMASIO in Selectis Feudalibus publici juris factus (h). Consultum visum est, illum huic Editioni adnectere, cum loco compendii JURIS FEUDALIS esse possit, eique ad illud emendandum subinde sim usus. Nonnullas ipsi passim adjeci notas, inter alia partim demonstrantes vetustatem, huic TRACTATUI a Dn. THOMASIO assertam, nimirum quod seculo decimo fuerit contextus, dubio non carere, sed varia huic opinioni obstare (i).

§. 53.

(g) Minus tamen necessarium duxi, ex THESAURO SCHILTERI deducere, ex cæteris jam ante notata. Illa vero Verba: *Beyde Codices* in notis de Codice JUNGIANO & UFFENBACHIANO sunt intelligenda.

(h) Acquirendæ *Editioni* primæ *Colonienſi de A.* 1569. operam insumere primum nolui, perspecto quippe ex Dn. THOMASII Summarischen Nachrichten part. 24. p. 1007. ejus deformi habitu. Eandem tamen postmodum A. 1731. in Auctione quadam Gissensi comparatam cum THOMASIANA contuli, earumque differentias ad quemvis §. indicavi. Lector ex iis intelliget, quam exilis illa sit conditionis, quodque Dn. THOMASIO pro eleganti ipsius editione eodem modo simus obstricti, ac si opus antea nunquam fuisset excusum. Dn. THOMASIUS quidem dicit, Editionem, cujus compos esset factus, esse de A. 1569; in mea vero indicatur A. 1570. Et sane insoliti quid esset si Commentarius DUARENI hunc libellum adiectum exhibens duobus annis subsequentibus, & eodem loco, bis fuisset impressus: proinde conjicio operi recentem tantum titulum A. 1570. fuisse præfixum.

(i) In GUNDLINGIANIS tom. 1. p. 215. est conjectura, Auctorem circa vel post tempora Lotharii II. vixisse. HEINECCIUS in Præf. ad Historiam Juris Civilis Rom. &c. pag. 24. autumat, opus scriptum esse sub Conrado III. vel Friderico Ahenobarba. Meam sententiam vide in NOTIS ad §. 12. part. 1.

§. 53.

Siquidem plurimæ voces & dictiones priſcæ ac obſoletæ in Speculo Alemannico obviæ ſunt, nihil omiſſurus, quod *Editionem* hanc cujusque Lectoris uſui commodiorem reddere poſſit, ad modum Vocabularii Speculi Saxonici Editionis Ludovicianæ, vocabularium quoque elaboravi Speculo noſtro facilius intelligendo inſerviturum, Auctori Veteri ſubjectum; in quo Saxonico diligenter uſus ſum, exque illo omnia, quæ uſui eſſe poterant, meo inſerui. Reliqua ſubſidia ad hanc operam adhibita hic recenſere minus neceſſarium eſt, cum ſub qualibet voce ſint allegata. Equidem ſperabam, Gloſſarium Schilteri ad emendationem hujus Vocabularii non parum collaturum, & in ſpecie veram quarundam vocum originem indicaturum eſſe: ſpes vero mea me fefellit. Quod reliquum eſt, Lectorem rogo, ut circa hunc laborem memor ſit clauſulæ Vocabularii Saxonici, eamque huc transferat, nimirum: *Daß dieſer Vocabularius allein den Einfältigen zum unterricht geſtellet ſeye. Den Hochgelehrten aber iſt dieſe Interpretation nicht geſtellet in Vorbetrachtung, daß ſie dieſer anweiſſung nicht bedürfen.* Quodſi in illo hinc inde erraſſem, plurimum gaudebo, ſi quis me & Publicum melius edoceat.

§. 54.

Tandem operi imponit coronidem Index ſatis completus. Labori huic vacantis unica mea fuit intentio, morum & conſuetudinum veterum Germanicarum amantibus gratiam faciendi. Hanc ſi obtinuero, contentus ſum, malevolorum judicia parum curans.

Joh. Ehrenfried Zschackwiz de ſeptem clypeis militaribus p. 14. uti poſtmodum vidi, ejusdem fere mecum eſt opinionis, ita enim ſcribit p. 14. *Liber hic meo quidem judicio longe poſt tempora & Speculi Saxonici & Suevici fuit confectus, ex utroque vero compilatus.*

SPECULI SUEVICI

PARS PRIMA

SIVE

JUS PROVINCIALE

ALEMANNICUM:

DES

SCHWABEN SPIEGELS

Erſter Theil

oder

DAS LANDRECHT.

GERMANICE ET LATINE

CUM COMMENTARIO

HIERONYMI VON DER LAHR. J. V. L.

I.

COMPARATIO ARTICULORUM SPECULI SUEVICI ET SAXONICI.

Folge der Artickel
in dem
Sachſenſpiegel, mit dem Schwabenſpiegel
zuſammen gehalten.

Sachſen ſpiegel. Lib. 1. Art.	Allhier. Cap.	Sachſen-ſpiegel. Lib. 1. Art.	Allhier. Cap.	Sachſen-ſpiegel. Lib. 2. Art.	Allhier. Cap.
1	Vorrede §. 9. 10.	37	415.	1	Stehet hier nicht.
2	1.	38	179. 47. 376.	2	95. 144. 174.
3	8. 256.	39	210.	3	174.
4	Iſt allhier nicht befindlich.	40	138. 200.	4	101. 102. 156.
5	258. 259. 257. §. 15.	41	327.	5	106.
6	260. 261. 264.	42	329. 385. 271.	6	Stehet hier nicht.
7	265.	43	Stehet hier nicht.	7	Nach 274.
8	265.	44	328.	8	112.
9	Iſt allhier nicht befindlich.	45	328. 313.	9	106.
10	-- -- --	46	313.	10	103. 107. 195. §. 2.
11	-- -- --	47	313.	11	107.
12	-- -- --	48	377. 175.	12	80. 108. 109. 110. 83. 81. §. 4. 115.
13	284. 285.	49	Stehet hier nicht.	13	116. 212. §. 2.
14	Iſt hier nicht befindlich.	50	-- -- --	14	167. 168.
15	-- -- --	51	167. §. 3. 52. 51. 53.	15	114.
16	397. 56.	52	312. 290. 384.	16	117. 118. Nach 112.
17	266. Nach 222.	53	96. 97. 178. 185.	17	119. 120. Nach 112.
18	Nach 222.	54	335. 336. Nach 336.	18	Stehet hier nicht.
19	276. 398. Nach 222.	55	75. 86.	19	387.
20	301.	56	87.	20	Nach 256.
21	302. 307. 308. 304.	57	87.	21	281.
22	267. 270. §. 1.	58	Stehet hier nicht.	22	399. 271.
23	270. 324. §. 5.	59	87. 88.	23	295.
24	270. §. 4.	60	84. 88.	24	126. 295. 315.
25	271. 272.	61	89. 92. 143. 145. 90. 91.	25	315.
26	Stehet hier nicht.	62	88. 92. 165.	26	390. Nach 13.
27	287.	63	171. 172. 173.	27	216. 217. 218. 219. 220.
28	269. 274. 287.	64	173.	28	207. 221.
29	269. 276.	65	164. 173.	29	Stehet hier nicht.
30	405.	66	93. 164.	30	-- -- --
31	277.	67	93.	31	296. 213. 317.
32	278.	68	Stehet hier nicht.	32	404.
33	279.	69	-- -- --	33	Stehet hier nicht.
34	310. 316.	70	94. 95.	34	181. 160.
35	222.	71	98.	35	170.
36	280.			36	161.

Sachsen-spiegel. Lib. 2. Art.	Alhier. Cap.
37	161.
38	237. 231.
39	206.
40	357.
41	131.
42	121.
43	122.
44	123. 269. 309.
45	124.
46	223. 227.
47	225.
48	226. *Nach* 92.
49	*Nach* 92.
50	*Nach* 92.
51	*Nach* 92.
52	*Nach* 92.
53	*Stehet nicht alhier.*
54	226.
55	408.
56	408.
57	337.
58	338. 339. 340. 341.
59	339. 344. 236.
60	248.
61	356.
62	366.
63	*Nach* 366.
64	*Stehet nicht alhier.*
65	119. 182. 183.
66	4. 195.
67	132.
68	206. §. 3.
69	154.
70	126.
71	155. 193.
72	155.

Sachsen-spiegel. Lib. 3. Art.	Alhier. Cap.
1	355.
2	196.
3	147. 148.
4	318.
5	247. 254.
6	255.
7	349.
8	194.
9	141. 164. 332. 142.
10	141. 142. 332.
11	*Stehet nicht alhier.*
12	145.
13	146.
14	146. 396.
15	125. 413.
16	126. 127.
17	156.
18	156.
19	80. 322. §. 3.
20	227. 228.
21	129.
22	248.
23	153. 158.
24	152.
25	400.
26	81. §. 1. *und* 5.
27	379.
28	380.
29	53. 270. §. 2.
30	84.
31	297. 180.
32	72. 73. 74. 409. 410. 113. §. 3.
33	81. 87. 113. 130.
34	157.
35	161. 162.
36	176.
37	203. 229. 411. 208.
38	208. *Nach* 208.
39	133. 136. 82. §. 6.
40	391.
41	346. §. 5. 348.
42	48. 54.
43	401.
44	*Stehet nicht alhier.*
45	402. 328.
46	354. 177.
47	367.
48	366.
49	*Stehet nicht alhier.*
50	-- -- --
51	-- -- --
52	18. 19.

Sachsen-spiegel. Lib. 3. Art.	Alhier. Cap.
53	20. 21.
54	22. 23. 24. 25.
55	26. 27.
56	28. 27.
57	29. 31.
58	33.
59	34.
60	34. 35. 36.
61	37. 38.
62	39.
63	2.
64	41. 46.
65	9. 46.
66	238. 239.
67	240.
68	241.
69	82.
70	*Stehet nicht alhier.*
71	82.
72	*Stehet nicht alhier.*
73	60. 328.
74	304. 403.
75	22. 57.
76	283. 342.
77	343.
78	197. 198. 199. 192.
79	407. 405.
80	286. 56.
81	139. 48.
82	140.
83	314.
84	*Stehet alhier nicht.*
85	331.
86	*Stehet nicht alhier.*
87	-- -- --
88	-- -- --
89	-- -- --
90	-- -- --
91	-- -- --

II.

SERIES CAPITUM HUJUS LIBRI COLLATA CUM EDITIONE SCHILTERIANA.

Folge der Capitel,

nach der in Schilteri Thesauro befindlichen Edition,

mit gegenwärtiger zusammen gehalten.

Schilt. Cap.	Alhier. Cap.	Schilt. Cap.	Alhier. Cap.	Schilt. Cap.	Alhier. Cap.	Schilt. Cap.	Alhier. Cap.
1	1.	44	269.	88	99.	132	238.
2	49.	45	Nach 269.	89	100.	133	240.
3 (a)	395.	46	319.	90	101.	134	241.
3 (b)	8.	47	320.	91	102.	135	82.
4	256.	48	63.	92	103.	136	403.
5	259.	49	64.	93	104.	137	283.
6	258.	50	50.	94	105.	138	284.
7	260.	51	65.	95	106.	139	285.
8	261.	52	61.	96	107.	140	342.
9	331.	53	64.	97	108.	141	406.
10	262.	54	66.	98	111.	142	197.
11	263.	55	69.	99	110.	143	198.
12	264.	56	Nach 66.	100	109.	144	199.
13	265.	57	313.	101	18.	145	192. 202.
14	397.	58	Nach 313.	102	19.	146	407.
15	78.	59	330. 377.	103	20.	147	286.
16	266.	60	175.	104	21.	148	56.
17	257.	61	167.	105	22.	149	139.
18	Nach 257.	62	96.	106	24.	150	140.
19	398.	63	97.	107	25.	151	48.
20	301.	64	178.	108	26.	152	388.
21	302.	65	335.	109	27.	153	345.
22	308.	66	336.	110	28.	154	345.
23	311.	67	Nach 336.	111	29.	155	288.
24	303.	68	75.	112	30.	156	289.
25	304.	69	76.	113	31.	157	290.
26	267.	70	77.	114	32.	158	291.
27	270.	71	79.	115	33.	159	292.
28	271.	72	85.	116	34.	160	293.
29	274.	73	86.	117	35.	161	268.
30	275.	74	87.	118	36.	162	346.
31	276.	75	88.	119	37.	163	347.
32	405.	76	90.	120	38.	164	83.
33	305.	77	89.	121	39.	165	115.
34	306.	78	91.	122	40.	166	116.
35	279.	79	165.	123	152.	167	117.
36	415.	80	166.	124	153.	168	118.
37	163.	81	137.	125	41.	169	119.
38	47.	82	164.	126	42. 43.	170	134.
39	376.	83	93.	127	44.	171	383.
40	138. 200.	84	94.	128	45.	172	120.
41	327.	85	95.	129	46.	173	181.
42	384.	86	98.	130	9.	174	159.
43	329.	87	174.	131	239.	175	237.

Berg. Pag.	Alhier. Cap.
252	131.
253	121.
254	122.
255	123.
256	124. 223.
257	225.
258	226.
260	408.
261	337. 338.
262	339. 340.
263	341.
264	236. 248.
265	249.
266	250.
267	209.
268	211.
269	212.
270	251.
271	252. 253.
272	215.
273	150. 190.
274	191.
275	128.
276	356.
278	359.
279	360.
280	361. 362.
281	363. 372.
282	367. 368. 373.
283	369.
284	370.
285	364. 371.
286	365. 366.
287	*Nach* 366.
288	3. 183.
290	195.
291	4. 185.
293	154.
294	155.
296	355.
297	147.
298	196.
299	148. 247.
301	255. 332.
303	141. 142.
304	143. 144. 145.
305	146.
306	125. 396.
307	126. 413. 414.
308	127. 158.
309	156.
310	80.
311	227.
312	228. 333.
313	129. 400.
314	81.
315	379.
316	297. 380.
317	180.
318	72. 73. 409
319	74. 410.
320	113.
321	130. 162.
322	176. 229. 411.
323	133. 208. *Nach* 208.
326	134. 391.
327	348.
329	54.
335	401. 402.
337	354.
338	177.
339	351.
341	352.
342	135.
343	160. 161.
347	59.
348	60. 382. 383.
349	62. 353.
351	298.
352	234. 299.
353	334.
354	149. 189.
356	186. 187.
357	188.
358	393.
359	394.
360	325.
361	326.
362	204. 235.
363	*Nach* 204.
364	205. 300.
365	70.
366	71. 412.
367	10. 15.
368	11.
369	16. 17.
370	12. 13.
371	374.
372	224.
373	201.
374	381. 389.
375	242. 392.
376	243. 244. 245.
377	57. 58.

German.	Latin.
In dem namen des hœchſten richters Jheſu Chriſti unſers herren.	IN NOMINE SUMMI JUDICIS JESU CHRISTI DOMINI NOSTRI.

I.

Es ſchreybt (a) *ſanctus* Paulus zu den römern an dem dreizehenden capitel *und ſpricht: Ein yegkliche ſel ſol underthänig ſein den höhern gewälten. Wann es iſt keyn gewalt denn allein von got. was aber von got iſt, das iſt geordnet. Und darumb wer dem gewalt widerſteet, der widerſtrebt der ordnung gottes. Wöliche aber widerſtrebent der ordnung gotes. die gewinnent jn die verdammus. Wann nicht umbſunſt tregt das ſchwert der diener gottes. als der bapſt das geyſtlich, und der keyſer das weltlich ſchwert, damit ſy richtent unnd urteylent all beyd geyſtlich und weltliche menſchen.*

I.

Sanctus *Paulus ad Romanos capite* 13. ita fatur: Unusquilibet eſto ſubjectus poteſtatibus ſuperioribus. Quia non eſt poteſtas niſi a Deo, quod autem a Deo eſt, ab eo eſt ordinatum. Qui ergo poteſtati reſiſtit, juſſui divino renititur. Qui autem refragantur ordinationi divinæ, digni ſunt condemnatione. Non enim fruſtra gladium gerit Dei Miniſter. Videlicet Pontifex ſpiritualem, Imperator autem ſecularem gladium, quibus judicant & ſententium ferunt in Eccleſiaſticos & ſeculares.

2. *Wie aber die heyligen keyſer mit jrem weltlichen ſchwert, als der heylig Conſtantinus. Und groß Keyſer Karolus, und Keyſer Fridericus der ander, und auch all ander durchlauchtigeſt Keyſer* (b). *Keyſerlich recht, freiheyt. Bann. Sipp und zal* (c) *erbſchafft. all händel und ungericht. Auch von Lehen was erbe oder ſunſt Lehen ſey, und wie man die empfahen ſol, auch lehenleut ze thun pflichttig und ſchuldig ſeyndt.*

2. Quomodo autem ſancti Imperatores gladio ſeculi v. g. Sanctus Conſtantinus & Magnus Carolus, & Imperator Fridericus II. uti & omnes alii Sereniſſimi Imperatores, Jus Cæſareum, privilegia & immunitates, Bannum, agnationis & cognationis gradus, hereditates, omnes cauſas & crimina, etiam feuda & alodia ac reliqua beneficialia, eorumque Inveſtituras & obligationem beneficiatorum;

3. *Auch wie man einen Keyſer erkieſen und welen* (d) *durch die Kurfürſten. und ob er unrecht thue. vor wem man jn verklagen und ſtraffen ſol. Was auch wirdigkeyt und ambt all Kurfürſten habent.*

3. Nec non Electiones Imperatorum per Electores, ut & ſi Imperator injuſte procedat, quomodo ille conveniri ac in ordinem cogi poſſet, deinde Jura Electorum;

4. *Auch*

(a) *Dieſe Vorrede ſtehet bey* Goldaſt, *als ein Beſchluß des Buchs, zu Ende des* Lehnrechts. *In denen gebrauchten* Codicibus Manuſcriptis *aber, wie auch bey Herrn* Berger *und in* Schilteri Theſauro *iſt ſolche gar nicht befindlich.*

(b) *Umb den Sinn vollkommen zu machen, ſetze hinzu:* verordnet haben.

(c) *Sipp und zal. Vielmehr:* Sippzal.

(d) *welen. Goldaſt:* welen ſol.

Germ.	Latin.
4. *Auch wie eyn jegklicher richter in ſtetten, märckten und auff dem Land erwelet ſol werden.*	4. Porro uti quilibet Judex in civitatibus, municipiis, & in pagis eligi debeat;
Verbalmunden vulgo etiam dicitur: *Verleumbden*, *falſchlich beſchuldigen.* Ita in Jure noſtro provinciali c. 116, §. 7. extat: *Verräther heiſſen wir die, die mit rede einen verbaldmundent. Proditores vocamus qui per calumniam aliquem deferunt.*

Bann. Bannen.

In SPECULO noſtro SUEVICO voce hac *primo* & utplurimum deſignatur: *Excluſio a ſocietate eccleſiaſtica*, ſive *Excommunicatio.*

Secundo: *Poteſtas judicium celebrandi*, *die macht und Gewalt ein Gericht oder Ding zu hegen*, uti VOCABULAR. SAXONIC. id exprimit. Ita in JURE noſtro FEUDALI c. 17. §. 2. *Bann leihen* dicitur pro: *Judicem conſtituere*, *poteſtatem largiri judicium celebrandi.* Et in JURE PROVINCIALI cap. 87. §. 1. *Wer des Bannes nicht enhat von dem König, der mag nicht gerichten wann ze haut und ze har: Quicunque jurisdictionem criminalem a Rege non habet, pœnam ſaltim fuſtigationis & capilli detonſionis dictare poteſt.*

E contrario qui *Bannum Regium* habebat, judicare etiam poterat *über Hals und Hand*, uti hoc explicat Vocabular. Saxonic. i. e. jurisdictione etiam gaudebat criminali, ſive poteſtate, *capitis pœnas* dictandi.

Ex eadem ratione, dies, quibus judicium celebrabatur, in SPECULO noſtro dicuntur *Bannen-Tage*, *dies judiciales*, & opponuntur *denen gebundenen Tagen* oder *Feyertagen*, *diebus non judicialibus* ſive *feriatis*, quibus ordinario judicium celebrare non licebat. Confer Jus noſtrum

(c) Uti videre licet apud JUNCKERUM *in der Anleitung zur Mittlern Geographie*, & in MONUMENTIS PADERBORNENSIBUS.

(d) DU FRESNE voce: *Ballomer* & *Balmund*. SCHILTER. Gloſſar. voce: *Bal*. Quomodo hæc vox a *Bellen*, *Ballen*, *Bollen*, *gannire*, *latrare*, *altercari* derivetur, demonſtravit LAMB. TEN KATE in ſua Introductione tom. 2. pag. 593.

(e) DU FRESNE voce: *Mundium*. SCHILT. voce. *Munt*.

noſtrum PROVINCIALE Cap. 103. 107. Jus FEUDALE Cap. 74. 144. & in pluribus aliis locis. In inſcriptione autem Cap. 4. JURIS PROVINCIALIS nuncupantur *dies pacis.*

Quandoque vocula *Bann* denotat *eine ſtraffe, mulctam.* Hoc ſenſu extat in JURE noſtro PROVINCIALI c. 101. conferatur du Fresne. tom. I. pag. 513.

Denique vox *Bannen* interdum etiam ſignificat *proclamare, mandare, procurare.* Ita legimus in JURE noſtro PROVINCIALI cap. 146. & in JURE FEUDALI cap. 84. *der Richter ſoll dem Kläger Fried Bannen, Judex actori pacem procurare debet.* Vocabular. Saxonic. hoc effert per *Fried würcken*, idque explicat, quod ſit: *Einem Ding fried und ſicherheit ſchaffen oder Gelait geben*, quod dicitur: *Rei pacem præſtare atque ſecuritatem, ſive eandem comitari*, ſcil. ut ſit incolumis.

Hunc etiam in modum *Bannforſt* ejuſmodi ſaltus, in quo cuicunque a Domino territoriali venatio eſt interdicta. JURE PROVINC. c. 356. Hac de re VOCABULAR. SAXONIC. habet ſequentia: *Bannforſt ſind vor alters die wilde und gehöltze geweſen in Lande zu Sachſen, die zur jaget der Kayſern, ſo in Sachſen gewohnet haben, ſeynd vorbehalten, darinnen denn Keyſerliche Freyheite geweſen.* Id eſt: *Bannforſt olim erant ſylvæ & ſaltus in Saxonia, Imperatorum hac in provincia degentium venationibus reſervati, qui tamen privilegia Cæſarea admittebant.*

Vocula *Bann* diverſos alios adhuc habet ſignificatus, (f) in noſtro tamen SPECULO haud occurrentes, quapropter eoſdem hic allegare ſupersedemus. De his edoceri cupientibus ſatisfacient DU FRESNE, PEFFINGERUS ad Vitriar. t. 3. pag. 553. SCHILTERI & WACHTERI Gloſſaria.

Baren.

Vox *Baren, Barn* apud veteres ut plurimum indicabat *filium.* Vid. JUNII Gloſſarium Goth. voce *Barn* SCHILTERI Gloſſarium ſub voce *Baren, generare.* Nec non WACHTERI Gloſſarium voce *Barn.*

In JURE autem noſtro PROVINCIALI ſignificat *der Schoos, Sinus.* Ita eſt cap. 350. *In dem Baren Abrahams, in ſinu Abrahami.* Hujus loco formula juramenti Judæorum Francofurtenſium habet: *In Abrahams ſchoos.* Alias vocula *Schoos* non per *Baren, Barn*, ſed per *Barm* denotabatur. JUNIUS cit. loc. voce *Barm.* Ita e. g. ſupra allegata verba in ULPHILÆ verſione quatuor Evangeliſtarum Gothica Luc. XVI. 22. efferuntur: *In barma Abrahami.* Et apud OTFRIDUM Lib. I. c. 11. verſ. 82. legitur: *Inti in ira barm ſazta, & in juuni ſinum ponebat.*

Baſs.

Pro *Beſſer*, melius. JUS PROVINC. c. 151. §. 17. Vid. SCHILTERI Gloſſarium voce *Bat*, & WACHTERUM voce *Bas.*

Bauer.

Hac voce quid hodie inſigniatur, ſatis notum eſt, & extra dubium poſitum, illam derivari a *Bauen, colere:* horum enim eſt colere agrum. In JURE noſtro PROVINCIALI cap. 49. invenimus: *Gebauren die frei ſind, Ruſtici liberi*, atque de his dicitur, quod appellentur: *Frey Landſaſſen, Subditi liberi.* Hos vero deſcribit VOCABULAR. SAXONIC. ſequentem in modum: *Frei Landſeſſen heiſſen, die vor alters eigen geweſt, und hernach frey gelaſſen ſind, und auf dem Lande blieben ſitzen. Frey Landſeſſen dicuntur ii, qui homines olim fuerunt proprii, & poſtmodum manumiſſi in agris reſidere pergebant.*

De

(f) LAMB. TEN KATE in ſua Introductione tom. 2. p. 108. autumat, propriam & antiquiorem ſignificationem vocis *Bannen* eſſe: *Statuere, proclamare*, hocve ſenſu Batavorum etiam lingua dici: *Bannen de vierſchaer, Tribunal denunciare; edicere conventum Senatorum* &c. Ipſa vox *Bann* ex ſententia WACHTERI in Gloſſ. voce *Bannen* a Gothico *Fan, Dominus;* ex opinione autem SCHILTERI in Gloſſ. a *Ban, Fan, Van, Faſcia* derivatur.

De *ruſticis liberis* in Suevia vid. FRITSCHIUS de ſtatu ac jure pagorum Germaniæ. c. 6. §. 2.

Bauer-Gülten.

De hac dictione VOCABULAR. SAXONIC. tradit ſequentia: *Baur-gülten ſeynd vor alters die Zinßleuthe und Bauren geheiſſen geweſen, die zu den güthern gebohren, und dem Herrn jährliche Gülte gegeben haben. Es ſeynd auch Landſeſſen, Bauern und Zinßleuthe, die den Herrn Gült und Zinß geben Lib. I. art. 2. Und werden auch pacht-Leute genannt, die jährlich pacht und zinß geben.* Lib. 3. art. 47. in Gloſſa. *Baur-gülten olim dicti cenſitæ & ruſtici, qui glebæ adſcripti dominis annuos cenſus præſtabant. Sunt etiam Landſaſſii, ruſtici & cenſitæ qui dominis cenſum ſolvunt.* Lib. I. art. 2. *Dicuntur etiam Pacht-Leute, ſ. coloni partiarii, qui ex pacto quotannis partem frumenti & de parte ſibi reliqua cenſum præſtant.* Lib. 3. art. 47. in Gloſſa. Confer. Jus noſtrum PROVINC. & infr. vox: *Landſäſſen frey.*

Bautedingen. Buwetedingen.

Vid. SCHERZII not. ad c. 397. JUR. PROV. ALEM. extat hic poſt c. 340.

Bayten.

Vide *Beyten.*

Behalten, Behalter.

Behalten pro: *Bewahren, aufheben, cuſtodire, ſervare.* JURE PROVINC. c. 211. 254.

Behalter quondam etiam nuncupabantur *tutores.* Vid. JUS PROVINC. c. 319. §. 3.

Vox hæc derivatur ab *Halto, ſalvo, ſervo*; quapropter NOTKERUS Chriſtum *Servatorem* transfert per *Haltento* & *Haltare*, uti obſervat FREHERUS in notis ad Formulam Fœderis Ludovici Germaniæ & Caroli Galliæ Regum de anno 842. Confer. SCHILTER. Gloſſarium voce *Halodan.*

Bebeben. Behaben.

Vox hæc varias in noſtro SPECULO habet ſignificationes. Quandoque idem eſt ac *Behalten, erhalten, ſervare, conſervare.* Videatur JUS PROVINC. c. 56. 71. 85. 304. &c. Hocve in ſenſu KOENIGSHOVIUS in ſuo Chronico ea ſæpius eſt uſus. E. g. pag. 54. legitur: *Denne ſchrey eine gans uff dem Capitolium ſo vaſte. das Manlius der Höbetmann erwachete, und das Capitolium erwerte, und behub &c. Tum anſer tantum edebat clamorem, ut Dux Manlius expergefieret, & Capitolium propugnaret atque conſervaret.*

Quandoque uſurpatur pro: *erzeugen, erweiſſen, teſtari, probare.* Imo interdum ſignificat: *gerichtlich obſiegen; vincere in judicio.* Priori in ſenſu extat in JURE noſtro PROVINCIALI c. 104. 226. §. 9. 274. 333. &c. In poſteriori c. 114. 161. §. 2. 228. &c.

Aliis adhuc Speculi noſtri in locis eadem inſignitur in ſpecie *ein eydlicher Beweiß, probatio per juramentum facta* e. g. in JURE PROVINC. c. 409. & in JURE FEUD. c. 97.

Behefft.

Hæc vox in jure noſtro feudali cap. 117. eſt pro: *Strafbar, Strafſchuldig, pœnæ reus.* Prout hodienum *Behaft*, oder *verhaft ſeyn* pluribus in locis dicitur: *obligari, obligatum eſſe.* NOTKERUS Pſ. 19. verſ. 9. verba: *Ipſi obligati ſunt*, itidem transtulit: *Sie wurden beheftet.*

Bekapelt. Bekoppelt.

JURE PROVINC. c. 356. §. 4. *Sein jagdhund ſollen bekapelt ſeyn.* Pro: *Seine jagdhund ſollen an einander gebunden ſeyn. Canes ejus venatorii ſint copulati.* A latino *copula*, unde & vox *Kuppler*, leno, *Copularius.* Vinculum in collo canis.

Bereden.

In SPECULO noſtro idem eſt quod *Bedingen, Paciſci.* JURE FEUD. c. 120.

Porro

Porro denotat *Beweiſen*, *probare*. JURE PROVINC. c. 167. 200. 274. &c.

Utplurimum vero *Bereden*, *bereden mit ſeynen zweyen fingern*, *bereden zu den heiligen*, ſignificat: *Juramentum præſtare*, *per juramentum probare*. JURE PROVINC. c. 107. §. 6. 155. §. 3. &c.

Berhafft.

Fruchtbar, *tragbar*, *frugifer*, *fœcundus*. Ita eſt in JURE noſtro PROVINC. c. 221. *Berhafft Baum*, pro: *arbor frugifera*. In KOENIGSHOVII Chronico p. 335. dicuntur: *Berende boume*, *arbores frugiferæ*, & apud NOTKERUM Pſ. 1. verſ. 3. *pirig poum*.

Ein weib die berhaft iſt, JURE PROVINC. c. 279. & JURE FEUD. c. 14. pro: *femina quæ eſt prægnans*.

Diverſos ſignificatus vocis *Baren*, *Beren* videre licet in Schilteri Gloſſario, nec non apud Wachterum voce: *Bären*, & Lambertum ten Kate in ſua Introductione, tom. 2. pag. 584. ſeqq.

Beſchelten.

VOCABULAR. SAXONIC. de hac voce docet hæcce: *Beſchelten heiſt ſoviel als einen Mann an ſeinen Ehren und ſtande berüchtigen*. Id eſt: *Beſchelten ſignificat alicujus honori & conditioni detrahere*. Hocve in ſenſu habetur in JURE noſtro PROVINC. c. 280. Conf. c. 345. §. 4.

Beſchreyen.

In JURE noſtro PROVINC. c. 171. §. 10. Edit. Schilterianæ legitur: *Beſchreyen mit geruffte*. SCHERZIUS hoc vertit; *Clamore publico inclamare*; textus autem latinus JURIS SAXONICI Lib. I. Art. 63. id effert: *Judiciario clamore infeſtare*. Cap. 69. dicitur: *Anſchreyen von Gerichtes halb*. *Judicii nomine inclamare*. Galli id vocant: *Clameur de Haro*. De ultimæ hujus vocis origine vid. DU FRESNE voce *Haro* & de LUDEWIG Reliq. Manuſcript. tom. 7. pag. 162. nec non WACHTERI Gloſſarium voce *Haro*. Quibus Germaniæ in locis ejus loco exclamatur: *Burgerrecht*, quod eſt: *Adeſte in auxilium*.

Beſehen.

Pro: *Verſehen*, *verrichten*. *Rei curam habere*, *rem expedire*. JUR. PROVINC. c. 381.

Beſſern.

Dicitur; *Abtrag thun umb einen begangenen ſchaden oder that*. VOCAB. SAX. *Satisfacere pro damno dato*, *vel delicto*.

Itidem: *Straffe oder Gewett und Buß geben*. *Emendam præſtare*. SPECULUM SAXONICUM Lib. 3. Art. 20. in Gloſſa. JUS PROVINC. c. 196. 332. §. 2. 333. 337.

Beſtehen.

Pro: *angehören*. *Ad aliquem ſpectare*. JURE PROVINC. c. 255.

Beſteten.

JURE PROVINC. c. 28. SPECULUM SAXONICUM ejus loco habet: *Beſtettigen*, quod textus latinus transfert: *Arreſtare*.

Betriß. Betrießig.

Pro: *Kranck*, *Bettlägerig*. *Aeger*, *Aegrotans*. JURE PROVINC. c. 375. §. 13. Ita eſt in veteribus LEGIBUS BRUNSUICENSIBUS, extantibus in LEIBNITII Scriptoribus Brunſuicenſibus, p. 441. §. 33: *Lit eyn minſche beddereſſe de mach ſik laten draghen vor den Voghet unde laten ſin gud dar up*. *Si quis ægrotet*, *portari ſe curet ad Præfectum*, *coramque eo de ſuis bonis diſponat*. Vox hæc, uti obſervat WACHTERUS in Gloſſario, compoſita eſt ex *Bett*, *lectus* & *riſe*, *caducus*. Nam cadere Angloſaxonice dicitur *hryſan keroni*, *riſan*, *ziriſan*. Apud NOTKERUM Pſ. 1. verſ. 3. habetur: *Noh ſin loub ne riſet*. *Et folium ejus non defluet*.

Bewürcken.

Vox hæc extat in JURE noſtro PROVINCIALI Edit. Schilterianæ c. 378. §. 3.

§. 3. quod hic est post c. 92. Et SCHERZIUS in notis observat, quod translator JURIS PROVINC. SAX. Lib. 2. Art. 49. eandem optime reddiderit per *Sepire*.

Beyten. Bayten. Biten. Pieten.

Idem est quod *Bleiben, warten.* JURE PROVINC. c. 88. 269. &c. Ita legitur in ULPHILÆ versione Evangeliorum Gothica Matth. XI. 3. *Thu is sa cumanda, thau antharizuh beidama. Bistu der da kömmen soll, oder sollen wir eines andern warten. Esne ille venturus, an expectemus alium.* Et apud OTFRIDUM Lib. 3. c. 2. vers. 33. *Thaz then ni tharf man bieten. Ut eum non opus esset expectare.*

Bidermann.

JURE PROVINC. c. 93. §. 3. 326. 336. *Bidermann* est *bederve man*, ut veteres Germani loquuntur i. e. *Vir bonus Biderve* vox valde olim usitata de omni *re apta, forte, qua indigetur.* LEIBNIT. Collect. Etymol. part. I. pag. 40. Eodem sensu extat apud KOENIGSHOVIUM p. 28. *Dirre was an der erſten biderbe. aber an dem alter wart er hochfertig. Hic sub initium erat vir bonus, in senectute autem factus est superbus.* Atque p. 68. *Do widerriet jme der richter Plinius daß er die Cristen solte lassen leben. wenne es werent biderbe lüte und unschuldig des todtes. Tum auctor ipsi erat Plinius, provinciæ Præses, ut Christianis vitam concederet, cum essent homines probi, mortisque minus rei.*

Eccardus in notis in Catechesin Theotiscam p. 181. de hac voce habet sequentia: Glossæ KERONIS: *Expedire, piderban; utilis, piderbur; usus piderbi; utile, pidarbun; utilitatis, bidarbi* &c. DIETMAR VON AST in Canticis Mstis Cant. III. *Frowe biderbe und gut. Femina proba & bona.* Idem ibidem: *Man sol di biderben und guten zallen zeiten haben wert. Bona tempora quibus vilia sunt rerum pretia magni sunt facienda.* CHRON. SAXON. RYTHMICUM n. 42.

Wo se den bederven man
Mit kleiner macht verdrieven möchten.
Qua ratione virum bonum parva manu expellere possint.

Ex *biderberman* autem contractum est nostrum *biederman*, quo *virum probum, honestum* designamus. Ex *biderbe* vel *biderve* Frisones & Westphali contraxere suum *berve*, quod ejusdem est significationis. Galli autem & Itali jamdudum hinc per metathesin literæ R suum *brave* formatum habent.

SCHICKFUS in Chronico Silesiaco eo devenit, ut ab hac voce nomen Biturigum derivet, uti BESOLDUS in Thesauro suo observavit.

Blutrünsen.

Vox hæc, ex *Blut, sanguis*, & *runs, fluxus, effluxus* (g) composita, duplicem habet significationem. Quandoque in genere denotat *Blutvergiesen, sanguinem profundere*; quandoque autem in specie *levia & non lethalia vulnera* eadem insigniunter.

Priori in sensu extat apud Dn. DE LUDEWIG Reliq. Manuscript. tom. I. p. 31. *Blutrünst ælir von halsgericht, sanguinis profusio sive de jurisdictione criminali.* Et in jure nostro provinc. c. 87. §. 2. *Ueber die Blutrünsen richten*, uti ipsa verba antecedentia hoc explicant, dicitur: *Wann es den leuten an jr leib oder an jr blutvergiesen gange. Quando de vita & sanguine hominis agebatur.* Conf. c. 19. §. 3. c. 111. & jus feud. c. 17. §. 3. Posteriori in significatu reperitur apud Wehnerum sub voce *Wunden. Blutrunst*, hoc est: *Vulnus non sanguinolentum, vel cum quis leviter pulsatus est*, vulgo *Braun und blau* &c. Ut & in SPECULO SAXONICO. Lib. I. Art. 68. & in nostro JURE PROVINC. c. 184. Apud DU FRESNE dicitur: *Bluthura, leve vulnus* quod Galli *Blessure* dicunt &c.

Bracken.

(g) Vid. Lamb. ten Kate Aenleiding &c. t. 2. p. 324.

Bracken.

Vide: *Kracken.*

Bräutlauff.

JURE PROVINC. c. 349. §. 11. pro: *Hochzeit*, *Vermählungs-Mahlzeit*, *nuptiæ*, *convivium nuptiale.* Ita habetur apud OTFRIDUM Lib. 2. c. 8. verſ. 5. & 6.

Vaptun thar thie liuti
eino brutloufti

Frequentarunt ibi homines nuptias.

KOENIGSHOVIUS in ſuo Chronico p. 47. 51. 112. habet: *Brunluſt.* Batavi adhuc hodie *nuptias* vocant *Bruydloff. Nuptias celebrare: Bruydloft houden.* Equidem conjeci, voculam *Braut*, *Brut*, *Sponſa*, contractam eſſe ex *Betraut*, *Betrut deſponſatus* ſive *deſponſata*, atque a *trauen*, *truwen*, *Betrauen*, *betruwen Deſpondere* deſcendere. *Braut*, *Brut*, *Femina quæ fidem dedit ſc. de ineundo matrimonio.* Maxime cum verbum *trauen* hodienum pluribus in locis idem ſit quod *ehelichen* i. e. matrimonio ſibi jungere, & ipſe LUTHERUS verba Lucæ 2. verſ. 5. *cum Maria deſponſata ſibi uxore* reddiderit: *Mit Maria ſeinem vertraueten weibe.*

Verum WACHTERUS & LAMB. TEN KATE in longe alia ſunt opinione. Ille ſcilicet in Specimine Gloſſarii autumat *Braut*, *Brut*, idem ſignificare quod *ſplendida* aut *ſuperbe ornata*; in Indice enim Verelii reperiri *pryda*, *ornare*; *prydi*, *ornamentum*; *prudlega*, *ornate.* Cum quo etiam conveniret Angloſaxonicum *Prutian ſuperbire*, *pryde*, *faſtus* &c. *Bräutigam*, *ſponſus*, lingua Gothica dici *Bruthfaths*, non aliam ob cauſam, quam quod ſit *ornator ſponſæ.* Voculam enim *faths* derivari ab Angloſaxonico *fadian* vel a Runico *fada ornare* &c. Mihi tamen videtur, hanc derivationem nimis longe eſſe petitam; Ad minimum Angloſaxonico *prutian* facile carere potuiſſemus, dum vernaculum noſtrum *Briſten* ejuſdem eſt ſignificationis.

LAMB. TEN KATE vero in ſua Introductione tom. 2. pag. 607. opinatur, voculam *Braut*, *Brut* deſcendere a *Bredan*, *Brudan*, *Breiden*, *extendere*, *liberare* &c. Originalem autem ſignificationem eſſe: *Ausbreiten*, *loſer und freyer machen*, *extendere*, *relaxare*, *liberare.* Adeoque voculam *Braut* denotare vel *liberatam* (a patria poteſtate;) vel talem, quæ familiam *multiplicare* ſive *extendere* debeat.

Lauf, *Luft*, *Loft* oritur a *Loben*, promittere. Brautlauf itaque proprie idem eſt ac: *Der Braut* (ſolenne, *offentliche*) *Verſprechung; der Braut öffentliche Erklärung*, *daß ſie N. N. vor ihren Ehemann annehme und erkenne*, hoc eſt: Sponſæ (ſolennis & publica) promiſſio; Sponſæ publica declaratio, quod N. N. pro ſuo recipiat & adgnoſcat marito. Id quod hodie dicitur *die Trauung*, *Copulatio.* Sed TEN KATE cit. loc. p. 659. putat vocem *Brautlauff* non tam ipſam *Copulationem*, quam *convivium* ob eam inſtituere inſignire: *Brautlufft, als oft zeide, een maeltyd ter eere von de trouw, van bruidswege belooft of toegeſtaen. Brautlufft quaſi quis dicat convivium in honorem fidei datæ ex parte ſponſæ conditum atque promiſſum.* Et p. 608. *Brautlauff, nuptiæ, convivium nuptiale; wordende gewoonlyk, ten minſte in onze Steden, van de Bruids-Zyde bekoſtigt, en daerom met regt Bruid-loſte, en niet Bruidegoms-loſte geheeten. Ad quod ſumtus, maxime in civitatibus noſtris, ex parte ſponſæ ſubminiſtrari ſolent, ob eamque cauſam jure dicitur Bruid-loſte, minus Bruidegoms-loſte.*

Brechen.

Significat in Speculo noſtro: *vernichten*, *umbſtoſſen*, *annihilare*, *reſcindere.* Vid. JUS PROVINCIALE cap. 62. §. 3. 128. 300. 308. Jus feudale c. 36. 92. 104. 109. 157.

Bruch.

Pro: *Verliehrung*, amiſſio. Ita in Jure noſtro provinciali cap. 309. legimus. *Im wird daran Bruch*, hoc

est: *Es wird ihm abgesprochen, er verliehret. Res ipsi abjudicatur, causa cadit.* Alias vocula *Bruch*, in juridica significatione, denotat delictum, læsionem, uti Schilter. in Glossario monet. E. g. apud DATTIUM de pace publica pag. 78. habetur: *Der pruch hätte geton, qui delictum commiserit.* Atque in Diplomate manuscripto Ludovici Imperat. de anno 1346. Judæorum Francofurtensium communitatem concernenti: *Daß ettlich Juden zu Francfurt unser Cammerknecht ettliche brüche begangen hätten* &c. *Quod quidam Judæi Francofurtenses, servi Cameræ nostræ quædam delicta perpetraverint.*

Alias *Brüchige Güter*, etiam dicuntur *caduc oder heimgefallene Güter, bona caduca.* Hoc sensu est apud SCHILTERUM in Appendice ad KOENIGSHOVII Chronicon p. 1148.

Buben.

Jure nostro provinc. c. 78. inter illos referuntur, qui testes esse nequeunt. *Buben* autem olim dicebantur *homines proprii.* LEHMANNI Chronic. Spirense Lib. 7. c. 3. p. 631. huncve allegans POTGIESERUS de conditione & statu servorum. Lib. I. c. 3. §. 14.

EYBENIUS in Diss. de titulo Nobilis §. 54. existimat, vocem hanc desumtam esse a *Puber.* Verum LEIBNITIUS in Præfamine ad ADELZREITTERI Annales longe melius sentit, eandem esse Germanicæ originis, & majoribus nostris *Boy* jam idem fuisse quod *Jung, juvenis*, a qua vocula modernum nostrum *Bube* manifeste descendit. SCHILTERUS in Glossario itidem observat, *Baba, Bube* antiquam esse vocem Celticam.

Budinck. Botting. Beding.

In JURE nostro PROVINC. c. 312. habetur: *On des Vogts Ding mag nyeman sein eygen hingeben, daß es Krafft müg haben. es antwurtet auch kein mann umb seyn eygen ob man jn verklaget vor gericht ee jn Vogts Dinge ob ers in seiner gewer hat, etwann heisset es Budinck.* Hoc est: *Nemo allodium suum valide alienare potest nisi coram Judice criminali, neque conventus quis de allodio respondere tenetur, si hoc possideat, nisi in judicio criminali, quandoque dicitur Budinck.* Ut vero hujus vocis significationem eo melius eruamus, non erit abs re verum sensum verborum modo allegatorum penitius inspicere.

On des Vogts Ding, hoc est: *Ohne vor des Vogtes Gericht. Des Vogtes Gerichte* autem erant Judicia ordinaria, statis & cuicunque cognitis temporibus celebrata (h) in quibus omnes ad ea spectantes sponte & absque citatione (i) non solum comparere, sed & ad actiones contra ipsos intentatas respondere debebant (k). Nisi controversia esset de allodio (l); de hoc enim nemo respondere tenebatur, nisi expresse citatus & vocatus (m). Hoc textus noster effert sequentem in modum: *Es antwurtet auch kein mann umb seyn eygen, ob man jn verklage vor gericht ee jn Vogds Dinge.* Ultima verba significant: *Ehe in der Vogt deswegen citiret habe* (n). *Priusquam judex criminalis ipsum eo nomine citaverit.*

Actio de allodio præter supra dicta id singularis habebat, quod va

(h) Vide JUS PROVINC. c. 1. §. 2.

(i) Quapropter etiam vocabantur *Ungebotten Ding.* SCHILT. Diss. de Curiis Dominicalibus. §. 5.

(k) Vide caput ex CODICE UFFENBACHIANO desumtum post c. 160. jur. provinc. extans.

(l) *Bona immobilia, liegende güther.*

(m) Vid. JUS PROVINC. c. 144.

(n) Vocem *Dingen* quandoque etiam designare *citare*, observat SCHILT. in Gloss. p. 222. Conf. JUS nostrum PROVINC. c. 58.

via ordinaria, ſive hodierno modo dicendo, in prima inſtantia de ea non poſſet judicari, niſi in foro rei ſitæ (o). Quodſi itaque in loco, ubi hujuſmodi allodium litigioſum erat ſitum judicium ordinarium, *Vogtding* dictum, celebrabatur, & reus ad illud vocabatur, comparere & reſpondere debebat; ſin minus, judicium extraordinarium ad hanc controverſiam decidendam ordinabatur, ad quod perſonæ eo pertinentes neceſſario erant vocandæ, ut ſcilicet in termino præfixo coram eodem comparerent. Hocve eſt quod textus noſter exprimere voluit verbis: *Etwann heiſſet es Budinck.* Eſt itaque *Budinck* idem ac: *Ein gebotten Gericht; Ein auſſerordentliches Gericht, zu welchen denen darzu gehörigen Perſonen muſte gebotten oder angeſagt werden. Judicium extraordinarium, ad quod perſonæ eo pertinentes erant citandi* (p).

Quod vero Judicia ordinaria, ſtatis diebus & temporibus celebrata, dicta fuerint *Ungebotten Ding*. & extraordinaria, fixum diem non habentia, *Budinck*, *Botting*, *Beding*, quod eſt, *Gebotten Ding* ſequentibus probare aggredimur. Apud Hertium de Conſultationibus, Legibus in ſpecialibus Romano-Germanici Imperii Rebuspublicis §. 33. in notis, legimus: *In donatione Uldarici Abbatis Laurishamenſis legitur, in Chron. Laurish. ad A.* 1071. (q) *A tribus principalibus mallis, qui vulgo Ungeboden Ding vocantur* &c. *Hujus forte oppoſitum eſt Botting, cujus mentio in Charta compoſitionis inter Conradum Colonienſ. Archiep. & Simonem Epiſcopum Paderbornenſ. A.* 1247. *apud Nicol. Schaten. L. II. Rer. Paderbornenſ.* p. 55. in verbis: *Niſi non in judicio quod Botting appellatur, cum Abbate Corbejenſi & aliis Nobilibus, in Ducatu conſtitutis, aliud per ſententiam obtinere poſſimus.* Schaten mihi quidem non eſt ad manus, ex hiſce tamen verbis ſatis perſpicitur, ſermonem eſſe de judicio extraordinario.

In Privilegio Henrici III. Imp. de prædio in Bruwilere apud Tolnerum in Codice diplomatico Palatino Num. 3. pag. 28. ſequentia reperiuntur: De ſervitio etiam quod exhibendum erit hujuſmodi Advocato ſic ordinaverunt, ut tribus anni temporibus, quibus legitima Placita obſervanda erunt (r), cum viginti equis *Advocatus in locum veniat, & prima nocte, qua venerit, ſequentique die ſervitium ei Abbas tribuat, ut tantum ſufficiat, dehinc mane, ſcilicet tertia die, prandium ſolummodo recipiat & recedat. Ipſe quoque Advocatus caveat, ne ſuper ſtatutum ſibi ſervitium ſuperfluum aliquid exigat vel requirat. Si vero plures ſecum adduxerit, in Abbatum erit arbitrio ipſis aliquid aut nihil dare; familia quoque ejuſdem Eccleſiæ obſervet Placitum ejuſdem Advocati tribus anni temporibus & non amplius. Quoties vero Abbas vel ſuus Villicus apud Bruwilre vel quolibet in loco, infra terminos Abbatiæ placitum habere voluerit* (s), *quod vulgariter Beding* (t) *dicitur, id ſuæ*

(o) Vid. JUS PROVINC. c. 87. §. 4. c. 130.

(p) In PARERGIS GOETTINGENSIBUS tom. I. Lib. 3. pag. 142. auctor exiſtimat, *Botding* idem eſſe quod *Bußding ſ. Straffgericht, judicium criminale:* dubito autem, an hæc ſententia aſſenſum ſit inventura.

(q) Apud Freherum tom. 1. p. 79.

(r) Ecce judicia ordinaria, ſive *die ungebottene Dinge.*

(s) En! tibi *Judicia extraordinaria.*

(t) PFEFFINGERUS ad Vitriar. Lib. I. tit. 17. §. 8. lit. c. p. 601. Hac de voce quid ſtatueret neſcivit, adeoque putavit, ejus loco legendum eſſe *Geding.* Verum hac interpolatione non erat opus. *Beding*, *Buding*, *Botting* unam habent eandemque ſignificationem, omnesque oriuntur ex *Bieten*, *gebieten*, *in judicium vocare*, *citare:* ſcil. alterum atque alterum vocatur:

ſuæ ſit poteſtatis &c. Apud HACKMANNUM de jure Aggerum c. 17. n. 6. habetur: *In Kedingia noſtra a decretis & ſententiis Conſeſſus Aggeralis Inferioris provocatur ad Judicium ſuperius* Bottingicum, *das Böttings gericht, quod jam ab antiquo Stadæ, certo loco, & quidem ſub dio (quod tamen hodie ab uſu receſſit) celebratur.* Iterum hic habemus *ein Bottings gericht, Judicium Bottingicum* quod non celebrabatur ſtatis diebus, ſed obveniente appellatione.

In LUNIGII Archivo Imperii Continuationis quartæ & ultimæ in Part. II. Continuatione extat ORDINATIO DE SALINIS HALENSIBUS de A. 1482. ibique p. 581. ſequentia:

Von dem erſten

Bott-Dinge.

Der Gräffe ſoll auch das erſte *Bottdinge uff der groſſen Halvurd, uff den nechſten Dienſtag des erſten zugehens und anziehens der Borne nach Oſtern, ſitzen und halten, darzu dann unverboth zu kommen verpflicht ſeind alle Würcker, Uffſchläger und Grüder, und daſelbſt, ob was ungebührliches in den Kothen, oder im Thale in vergieſſung Sole, oder andern ſtücken, die ſchädlich ſeyn mögten, geſchehen wär, zu melden, als hiernach unten auch berühret wird, und wer da nicht keme, der ſoll unſerm Gräffen* 3. pf. *Landleufftiger Müntze wetten.*

Von dem andern

Bott-Dinge.

Das ander Bot-Ding ſoll ſeyn 14. *Tage darnach, wo auf die obberührten Tage nicht heilige Tage fallen, und ob geſcheg die nehiſten werckkell-Tage darnach uff der kleinen Holtzvurde darzu zu kommen unvorboth verbunden ſeyn ſollen, die Bornknechte, Heſpeler und Zepper, ihnen gebotten Ding, ein gebotten Gericht.*

Hoc eſt:

De Judicio Bottingico primo.

Præfectus ſalinarum primum quoque Judicium Bottingicum celebret in loco dicto die groſſe Halvurd, proxima die Martis poſt primum, qui fit poſt Paſcha, aquæ ſalinaris affluxum ad quod venire debent non citati omnes operarii, qui dicuntur Würcker, Uffſchlāger und Grüder, ibique denunciare, ſi quid indecentis in ſalinis vel ad fontes ſalinares, aquam ſalinarem profundendo, fuerit commiſſum, vel alia ratione dammum datum, prout & infra dicetur, & quicunque non comparet, Præfecto noſtro emendam præſtat trium librarum monetæ provincialis.

De Judicio Bottingico ſecundo.

Poſt quatuordecim dies ſecundum ſit Judicium Bottingicum, niſi dies feſti in prædictos dies incidant, & ſi hoc fieret, diebus profeſtis proxime ſubſequentibus, in loco, qui dicitur die kleine Holtzvurde, ad quod non citati venire obſtringuntur operarii, Bornknechte, Heſpeler & Zepper dicti &c.

Verba *unverboth* & *unvorboth* hic obvenientia clare indicant *Botting* fuiſſe judicium, ad quod citati ſive vocati fuerunt, qui in eo debebant comparere. Perſonæ autem ibi nominatæ in eo comparere tenebantur *unvorboth*, i. e. *ſine expreſſa citatione aut vocatione.* Haud dubie quoniam dies ipſi præfixus iiſdem ſatis erat notus. Ceteri autem, qui hujus tam exactam non habebant notitiam, ad illud vocandi erant.

Apud

tur: *Ein gebotten Ding, ein gebotten Gericht.* Eodem errore etiam lapſus eſt GOLDASTUS, exiſtimans *Gebet* denotare idem, quod *Fürbitte, interceſſio,* cum tamen etiam derivetur a *gebieten, imperare,* idemque ſit quod *gebottene imperatus, die gebottene ſtraffe, mulcta imperata.* Vid. Jus noſtrum PROVINC. c. 100. in not. vocem *Bede,* quod eſt *contributionis ſpecies* derivari a *Bieten, gebieten, mandare ſtatuere* tradunt etiam ACTA ERUDITORUM 1741. pag. 60. & Gloſſar. WACHTERI.

Apud DU FRESNE voce *Budingum* habetur: *Charta Henrici III. Imp. an.* 1056. *pro Monaſter. ſ. Maximini Trevir. apud Nicol. Zylleſium: Si cujus bona vel prædia propter aliquam culpam vel quærimoniam in placidis Abbatis, id eſt budingum dominicata vel publicata fuerint, omnia Abbatis erunt* &c.

Supra dicta etiam demonſtrant, SCHOTTELIUM in ſuo Tractatu: von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland ſ. de diverſis Germaniæ juribus, c. 2. §. 15. alioſve plures erraſſe, aſſerendo, vocem Budtheil, Buttheil idem eſſe ac *Beuttheil, quod obveniat loco prædæ aut lucri* (u), cum tamen nihil aliud deſignet, quam *das gebottene theil, das theil das die geſetze dem Herrn zu geben gebieten*, ſ. *Pars hæreditatis, quæ domino per leges ſive ex lege debetur.*

In hujus probationem videamus PRIVILEGIUM HENRICI V. Civitati Spirenſi Anno MCXI. datum (x). Ubi inter alia ſequentia: *Omnes qui in Civitate Spirenji modo habitant vel deinceps habitare voluerint, undecunque venerint, vel cujuſcunque conditionis fuerint a lege* (y) *nequiſſima & nefanda, videlicet a parte illa, quæ vulgo Budtheil vocatur, per quam tota Civitas ob nimiam paupertatem annihilabatur, ipſos ſuosque hæredes excuſſimus* &c. Eodem modo comparata eſt vox *Bumede*, quod idem eſt, ac: *Gebottene Miet, gebottene gabe, der geſetzte preys: Pretium lege determinatum* vel *conſtitutum* (z). Dn. REHTMEIER in ſuo Chronico Brunſuicenſi tom. I. pag. 298. in medium protulit DIPLOMA IMP. LOTHARII, de anno 1135. ubi ſequentia: *Volumus ut ſi qua mulier de familia Eccleſiæ ſervo noſtro ad adminiſtradium noſtrorum nupſerit data juſtitia, quæ Bumeda dicitur, in perpetuum cum marito juri noſtro remaneat* &c. Vid. Jus noſtrum PROVINC. c. 48.

Bugkler.

JURE PROVINC. c. 172. In SCHILTERI Obſervationibus ad KOENIGSHOVIUM p. 787. legimus: *Heintzman Bertſchins des Viſchers ſune het geſeit, daß er ſehe, daß her Clawes Zorne, des Schultheiſen Sune und Snewelin mit zwein bloſſen Swerten und mit zweine Buckellern, jagent Günther Swarber der het och ein bloſſe Swerte und einen Buckeller. Heintzmannus, Bertſchini piſcatoris filius dixit, videre ſe, Dominum Nicolaum Zorne, Sculteti filium & Snewelinum ſtrictis gladiis & ancilibus perſequentes Guntherum Swarber ſtricto gladio & ancili itidem inſtructum.* In Explicationibus veterum & incognitorum verborum in fine adjectis hoc modo id explicat: *Buckeller* (a), *buccula, ancile, ein kleiner ſchild.*

Inter-

(u) An Dn. ESTOR in Tr. de Miniſterialibus c. 2. §. 93. in not. rei veritati propius acceſſerit, autumans *Budtheil* idem eſſe ac *Bruttheil*, quaſi *nuptæ donum, quod domino erat ſolvendum, aliis diſquirendum relinquo.* Dn. SENCKENBERG in Selectis Juris &c. tom. 6. in præf. p. 60. §. XVI. derivare id vult a *Beid & theilen ſ. ambo & partes*, quod vero valde obtortum videtur.

(x) vid. LEHMANNI Chronic. Lib. 4. c. 22. p. 306.

(y) Ex quo diſtincte perſpicitur *Buttheil* denotare *ein durch die geſetze gebottenes theil: Pars hæreditatis, quæ Domino ex lege debebatur.*

(z) Dn. ESTOR lit. (t) cit. loc. opinatur quidem, hanc vocem eſſe corruptam a *Braut* & *metha, pretium. Bruthmethe* & poſt *Bumede*: ſed valde dubito, an opinio plures habitura ſit aſſentientes. WACHTERUS in Gloſſ. conjicit, eam compoſitam eſſe ex *Bu, domus, familia, & med, munuſculum* &c. Verum nec hoc veroſimile mihi videtur. Opinionem J. W. HOFFMANNI videre licet in ejus Obſerv. Juris Germ. p. 85. qui denique præſumit, idem eſſe ac *Burmeda* &c. ſ. *cenſus a ruſticis ſolvendus.*

(a) Vocem hanc deſcendere a *Beügen, Bogen, Gebogen*, videſis in TEN KATE Aenleiding &c. tom. 2. p. 141. ſeqq. & apud WACHTERUM ſub voce *Buckel.*

Interdum hac voce etiam indicabatur, umbo clypei, seu scuti pars eminentior & media. Vide DU FRESNE voce *Buccula.* SCHILTERI Glossarium voce *Buchel.* Hoc in sensu eam quoque accepit Translator SPECULI SAXONICI Lib. I. Art. 63. *Clypeum ligneum corio tectum & non nisi umbonem ferreum in manu ferant.*

Bumede.

Vide supra sub voce *Budinck* in fine.

Burckgraff. Burggraff.

Verbum hoc in Jure nostro provinciali c. 116. §. 2. 395. significat: Judex in causis civilibus; criminales e contrario spectabant ad Præfectum.

De hujuscemodi *Burggraviis* inferioris ordinis (b) vide MULLERI Reichstags-Theatrum sub Friderico V. in der ersten vorstellung cap. 6. §. 13. p. 82.

Plura de *Burggraviis* dicere non est hujus loci, videre tamen licet præter alios THOMASIUM in Diss. de Jurisdictionis & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum th. 67. 82. 97. seqq. STRUVIUM in Jure publ. SPANGENBERGIUM in dem Adelsspiegel Lib. 10. c. 20. PFEFFINGERUM ad Vitriar. Lib. I. tit. 17. §. 7. LÜNIGIUM Thesauro Juris derer Grafen.

Burckleben.

Hoc describit SCHILTERUS in Comment. ad c. 136. Juris Feud. Alem. *daß es seye ein uneigentliches Lehen, da jemanden eine gewisse summa Geldes, oder ein liegendes guth (tenementum) (c) gegeben wird, daß er dafür die Burck beschützen helffe.* Vide JUS FEUD. c. 143. Hoc est: *Quod sit feudum improprium, quo quis accipit certam pecuniæ summam vel fundum, hoc pacto ut adsit in propugnando castro.* Videatur Jus Feud. c. 143.

De differentia inter Feudum Castrense & Burgense agit THOMASIUS in Diss. de Libri Vet. de Benef. usu. &c. §. 44.

Diversas Reversales de Feudis Castrensibus, literas itidem investituræ, de feudo Castrensi Hanoico videas in Supplemento Tractatus Koppii de Insigni differentia inter S. R. J. Comites & Nobiles Immediatos.

Busse.

VOCABULAR. SAXONIC. tradit: *Busse ist das Geld, so ein Mann giebet in Bürglichen Sachen, die er verbührt hat.* Id est: *Busse est mulcta, quam quis præstare debet ob delictum privatum.*

De differentia inter *Busse* & *Wette* dicit SCHILTERUS Exercit. ad π. 19. §. 14. *Busse seu emenda est pœna parti debita, pro injuria & doloribus. Wette est pœna fisco debita.* Hoc tamen discrimen in JURE nostro PROVINCIALI non semper observatur; vox enim *Busse* quandoque etiam usurpatur pro mulcta judici pendenda. Vid. e. g. c. 12. & 347. Hocve etiam observavit BESOLDUS in Thesauro suo sub voce *Buß.*

Butheil.

Vid. Budinck in fine.

Büttel.

De hac voce dicit Vocabular. Saxonic.: *Er heist darumb ein Büttel* (d), *daß er des richters und des gerichtes Bottes ist. Ideo dicitur Büttel, quoniam est judicis judiciique nuncius.*

C.

Chonen.

JURE PROVINC. c. 415. lit. (e) pro: *Eheweib, uxor.* Vide SCHILTERI Glossarium, voce: *Chenun.* In GUNDLINGIANIS III. p. 276. vox hæc derivatur à *Kœmen, generare: Kan, Kyn, generatio. Kind, proles.* Sed LAM-

(b) Qua ratione vox Burg descendat a Bergen, vide apud LAMB. TEN KATE in sua Introductione tom. 2. p. 113.
(c) Vide DU FRESNE sub hac voce.
(d) Ejus derivatio a *Bitten, Beten, mandare, statuere*, videatur apud TEN KATE tom. 2. pag. 116. & in WACHTERI Glossario.

LAMBERTUS TEN KATE in ſua Introductione tom. 2. p. 316. hujus vocis originem quærit in verbo: *Quenen*, *Kwenen*, *langùere*, *tabeſcere*: exiſtimans, quoniam naturæ debilitas præprimis propria ſit ſexui femineo, ideo *eine Frau* dictam eſſe: *Quena*, *Kona kun* &c.

Criſam.

JURE PROVINC. c. 4. Eſt oleum conſecratum quo in Eccleſia Romano-Catholica infantes in baptiſmo unguntur &c. DU FRESNE ſub voce: *Chriſma* id ſequentem in modum deſcribit: *Chriſma*, *oleum quod in Eccleſia conficitur. Duplex eſt: Aliud enim oleo & balſamo conficitur, idque principale appellatur in Pontificali MS. Senonenſis Eccleſiæ*, & *eo unguntur qui baptizantur*, *in vertice*, & *qui confirmantur*, *in fronte*, *denique qui ordinantur. Alterum vero eſt ſimplex oleum ab Epiſcopo conſecratum*, *quo unguntur Catechumeni in pectore & ſcapulis & in fronte*, *antequam abluantur. Infirmi quoque & energumeni eodem oleo unguntur.*

Criſtenliche ding.

Viſitatio Eccleſiaſtica. Vide JUS PROVINC. c. 45. & ibid. cit. BOEMERUM.

D.

Darben.

JURE PROVINC. c. 74. pro: *Mangelen*, *Carere.* Ita eſt apud OTFRIDUM Lib. 1. c. 18. verſ. 78.

Thie heimінges tarbent.
Qui patria carent.

De hac voce vid. TEN KATE Aenleiding tom. 2. p. 147. & WACHTERI Gloſſarium.

Daumelen, Dumen elen.

JURE PROVINC. c. 117. 384. Apud ZOBELIUM in Additamentis ad Lib. 2. art. 16. JURIS PROVINCIALIS SAXONICI lit. g. legimus: *Ein Daumelen iſt ſoviel als eine halbe Elen, nemlich vom Elbogen bis an den Ballen des Daumens gerechnet, da die hand und das fordertheil des arms zuſammen ſtoſſen. Daumelen idem eſt quod dimidium ulnæ*, *videlicet longitudo a cubitu ad montem pollicis protenſa*, *ubi manus & pars brachii anterior conjunguntur.* Et lib. 1. Art. 52. verſio latina verba: *Einer Daumelen hoch*, reddit: Cubitum in altitudine habens. De hac voce vid. J. W. HOFFMANNI Obſervat. Jur. Germ. p. 180. GRUPENII Teutſche Alterthümer, p. 106.

Debainen.

Pro: *einen*, *unum.* JURE PROVINC. c. 92. §. 2. lit. (o). In ipſo textu noſtro hujus loco eſt: *keynen*, quod vero itidem denotat *einen*, *unum.* Vide infra ſub voce *kein* & SCHILTERI Gloſſarium voce: *Deheim.*

Deweder.

JURE PROVINC. c. 3. Lit. (s) habetur: *Deweder Richter* pro: *weder der eine noch der andere Richter*, *keiner von beyden Richtern. Neuter judicum.* Ita etiam NOTKERUS Pſ. 26. verſ. 1. habet: *der mir deweder neme*, pro: *der mir eines von beyden nehme. Qui alter utrum mihi auferat.* SCHILTERUS in Gloſſario vocem *deweder* transfert: *Alterutrum*, *hoc vel iſtud.*

Dick.

JURE PROVINC. c. 96. pro: *offt*, *öffters*, *vielmahl. Sæpe ſæpius*, *pluries.* In hoc etiam ſenſu eſt apud KOENIGSHOVIUM p. 16. & apud DATTIUM de pace publica pag. 79. Apud Batavos hujus voculæ adhuc frequentiſſimus eſt uſus. Conf. WACHTERI Gloſſarium.

Dienſtmann.

Quod hominum genus ſub hac denominatione proprie comprehendatur, de hoc eruditi inter ſe diſſentiunt. Neque nobis animus eſt, controverſiam hanc hic decidendi; ſed ea ſaltem in medium proferemus, quæ Speculum noſtrum Suevicum de *Miniſterialibus* tradit, hujusve opinionem uno alterove teſtimonio ſuffultiemus. Plura de iis ſcire cu-

piens, consulat inter alios PFEFFINGERUM ad Vitriarium Lib. I. tit. 20. §. 6. lit. e. pag. 876. & tit. 22. pag. (976.) du FRESNE voce: *Ministerialis.* BURGERMEISTERUM de Statu Equestri. Bibliotheca Equestri. Graffen- und Ritterſaal, & huic oppoſitam tractationem, cui titulus: *vorläufig- doch gründlicher Bericht vom Adel in Teutſchland.* Porro *das Adeliche Ritterfeld,* HEIDERUM in der gründlichen Ausführung des H. R. Stadt Lindau, MULLERI Theatrum Comitiorum ſub Friderico V. tom. 1. pag. 78. ſeqq. KOPPIUM de inſigni differentia inter S. R. J. Comites & Nobiles immediatos, ESTOREM de Miniſterialibus, DE PLOENNIES Diſſ. de Miniſterialibus, & huic Diſſertationi ab Ad. Fr. GLAFEY oppoſitam Commentationem hiſtoricam de vera quondam Miniſterialium indole. FLEISCHERI Inſtitut. Jur. feud. c. 7. §. 24. ſeqq. J. G. CRAMERI ſententia videatur in ejus Tractatu de Juribus Nobilitatis avitæ. c. 2. §. 7. p. 68. Lit. r.

De his Miniſterialibus Jus noſtrum provinciale cap. 54. §. 2. tradit, *daß ihr recht gar manigfalt ſeye, quod varium ſit ipſorum jus.* Refert tamen illos inter *homines proprios,* aſſeritque eos nomine *Dienſtmann, Miniſterialium,* honoris ſaltim cauſa inſigniri, cum ſint Principum. *Dienſtmann* itaque ſecundum SPECULUM SUEVICUM ſignificat: *Eines Fürſten eigener Mann. Principis homo proprius.* Excipias tamen quatuor Miniſteriales Principum Palatinos: *Camerarium, Pincernam, Dapiferum,* & *Mareſchallum.* Quatuor enim hæc officia palatina non niſi ab ingenuis geri poterant. JUS PROVINC. c. 65. SCHILTERUS in Comment. ad c. 89. J. F. Alem. Miniſteriales etiam nobiles cum JURE noſtro PROVINC. c. 56. inter homines proprios refert.

In LEGE FRIDERICI Imp. apud URSPERG. pag. m. 315. *Miniſteriales* etiam opponuntur *liberis hominibus.* Ita enim ibi dicitur: *Et conſilio Principum & aliorum fidelium noſtrorum tam liberorum quam miniſterialium.* Ut & in Receſſu Imperii de anno 1236. c. 1. §. 6. apud GOLDASTUM Conſtit. Imperial. tom. 4. pag. 80. Nec non in Rudolphi I. Pace publica de anno 1287. apud LUNIGIUM in dem Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. I. p. 2.

In DIPLOM. RUDOLPHI I. apud LUDEWIGIUM in Opuſculis miſcellis tom. 1. pag. 1154. legitur: *Servilis ſeu miniſterialis conditio.*

Aſſeſſor denique DE PLOENNIES in Diſſ. de Miniſterialibus exacte deſcribit *einen Dienſtmann* ſecundum ſenſum SPECULI noſtri SUEVICI: *Quod fuerit ſervus anomalus ſeu homo proprius, qui præſtitit Principibus, reliquisque viris Nobilibus. v. g. Comitibus & liberis Dominis, ut & Eccleſiis & Cœnobiis, miniſteria ſive militaria ſive palatina.*

Dienſtmann pro: *Gerichts Schöpf, Scabinus,* reperitur JURE PROVINC. c. 150.

Dirn.

JURE PROVINC. c. 54. §. 7. 381. *Ein junges lediges Weibsmenſch. Eine Magd. Puella, Virgo.* Vid. SCHILTERI Gloſſarium voce: *Dirn.* WACHTERUS id derivat a Diener, famulus.

Diett.

Vide: *Thiet.*

Ding, Dingen.

Varias hæc vox habet ſignificationes, quas videre licet in SCHILTERI Gloſſario. In Speculo noſtro Suevico extant ſequentes:

Ding, *Geding* primo ſignificat *Gericht, Judicium.* JURE PROVINC. c. 1. §. 2. JURE FEUD. c. 116. VOCABULAR. SAXONIC. hæc habet: *Ding oder Geding heiſen die ordentliche Gericht, ſo man umb ſchuld und gülte, nach Sächſiſchem recht, von 14. tagen zu 14. tagen halten ſoll. Dingen heiſt Gericht halten.* Sive: *Ding oder Geding dicuntur judicia ordinaria, jure Saxonico de debitis & cenſibus in ſubſequentibus quatuordecim dierum terminis celebranda. Dingen eſt Gericht halten. Judicium celebrare.*

Dingen,

Dingen, *Andingen* etiam dicitur: *Klagen*, *gerichtlich Begehren.* JURE PROVINC. c. 130. JURE FEUD. c. 7. *Judicialiter requirere*, *poſtulare a judice*, uti hoc reddit SCHILTERUS in Comment. ad c. 6. J. F. ALEM. *Urtheil Dingen* pro: *Appelliren*, *die urtheil an den höhern Richtern*, *oder vor den Oberherrn ziehen.* JURE PROVINC. c. 84. §. 2. *Appellare*, *ſententiam ad judicem vel Dominum ſuperiorem trahere.*

Dingflucht. JURE PROVINC. c. 124. *Judicii deſertio*, *von dem gericht oder ding fliehen. Judicio fuga ſe ſubtrahere.* Textus latinus SPECULI SAXONICI Lib. 2. Art. 45. verba: *Wird er dingflüchtig* reddit: *Si effugerit.*

Dinghauß. Das Hauß, der ort da gericht gehalten wird. Domus ſeu locus ubi judicium celebratur. JURE PROV. c. 144. In Diplom. apud HUNDIUM Metropol. tom. 3. pag. 382. extat: *Dinchus. Dingman. Gedinckte mannen.* Apud BERGERUM dicuntur *Zwölffer*, *Judex*, *Decurio*, *Curialis*, *Gerichtsmänner.* JUS PROVINC. c. 120. lit. (G) apud SCHILTER. c. 172. & ibid. not. SCHERZII. De origine hujus vocis vide Gloſſarium WACHTERI.

Dingſtadt. JURE PROVINC. c. 87. §. 4. *Der ort da das ſtreitige gut lieget*, *Forum rei ſitæ.*

Dingen quandoque etiam ſignificat *verpachten*, *verleihen*, *hingeben umb ein genanntes*, *locare.* Hocve in ſenſu, ex SCHILTERI ſententia, extat in JURE noſtro PROVINC. c. 137. Aſt commode etiam ibidem accipi poteſt pro *Expectativa.* Conf. c. 125. & ibid. SCHILTERUS.

Dingen porro denotat: *Bedingen*, *Paciſci.* JURE FEUD. c. 120. *Semem weib gut dingen.* JURE FEUD. c. 104. *Paciſci uxori dotalitium. Einem ſein gut oder lehen dingen*, *Paciſci expectantiam feudi.* JURE FEUD. c. 124. §. 2. 125. 141.

Gedinge. Expectantia feudi. JURE FEUD. c. 140.

Dingen pro: *citiren*, *vorladen. Citare*, *in judicium vocare.* JURE FEUD. c. 58.

Ding beſehen. Die Haushaltung und Geſchäfte helfen beſorgen. Rei œconomicæ & negotiorum curam habere. JUS PROV. c. 381.

Dotten.

Vid. *Totten.*

Dreyſtund.

Dreyfach, *dreymahl. Tripliciter*, *tribus vicibus.* JURE PROV. c. 187. &c. Eodem in ſenſu reperitur in LEGIBUS FRIDERICI II. c. 18. apud GOLDASTUM Conſtit. Imperial. tom. 4. pag. 83.

E.

Ebenbürtig.

Gleicher Geburt und Adels. JURE PROVINC. c. 259. &c. JURE FEUD. c. 15. *Ejuſdem originis & nobilitatis.* Gloſſa JURIS FEUD. SAXONICI c. 20. §. 2. dicit: *Ebenbürtig iſt nichts anders, dann daß der ſohn ſeinem vatter gleich eben geboren ſein ſoll. Ebenbürtig nihil eſt aliud, quam quod natales filium patri conditione reddant æqualem.* Atque VOCABULAR. SAX.: *Ebenbürtig heiſt ſoviel, als von einem Rechte geboren ſeyn, oder ihm gleich an geburt und freyheit aus der rechten Blutfreundſchaft frey und ehelich geboren.* Lib. I. Art. 17. & Art. 45. *Ebenbürtig dicitur parium eſſe natalium, ſive ex vera conſanguinitate libere & legitime iiſdem cum juribus & privilegiis natus.* Ebenburth iſt dreyerley, die erſt an geſchlecht, die ander an Adel, die dritte an eigenſchafft. Lib. I. Art. 45. & Lib. 3. Art. 73. Pares natales ſunt triplices, primi intuitu generis, ſecundi intuitu nobilitatis, tertii intuitu proprietatis. Ebenbürtig iſt frey ſeyn. Lib. I. Art. 5. Parium natalium eſſe dicitur liberum eſſe.

Eczen.

Pro: *Aetzen*, *cibare*, *eſcam præbere.* JURE PROVINC. c. 357. §. 2. Inde *Aas Eſca. Lockas. Idem. Todtes Aas cadaver* &c. Vide TEN KATE tom. 2. pag. 177.

Ee.

Geſetz, Gebott. Lex, Præceptum. JURE PROVINC. c. 402. *Lex, Ewa, Kero. Ee, olim pro lege, legitimo, Germ. hinc matrimonium contractus legitimus. Ehafft, legitimum impedimentum. Echt, probus, legitimus.* LEIBNITIUS Collect. Etym. part. 2. pag. 51. De hac vocula diverſa reperiuntur in DIECMANNI Specimine Gloſſarii p. 20. atque in hunc alleg. SCHILTERI Gloſſario. Item apud WACHTERUM.

Ehehaffte Noth. JURE PROV. c. 274. 311. *Heiſt eine redliche gutheurſach der entſchuldigung und ſeind vier ſtücke die ehehafft noth heiſſen, Gefängnis, Kranckheit, Gottes und des Kayſers dienſt. Dicitur legitima excuſationis cauſa, ſuntque quatuor, carcer, morbus, ſervitium Dei & Imperatoris.* Vocabulär. Saxonic. *Ehaften* ab *E lex, & haft, detentio,* quod eſt ab *haban, tenere. Ab hoc verbo captivitas in Gloſſ. Lipſ. dicitur haft, quaſi detentio, quia captivo non licet eſſe liberum. Refertur autem ex uſu veterum non ſolum ad captivitatem, ſed etiam ad omnes liberi hominis occupationes, quibus libertas agendi naturalis quodammodo reſtringitur. Hinc occupatus Kerom dicitur pehaſter, quaſi detentus. Et Religio in Gloſſ. R. Mauri dicitur ehaftida, quaſi vinculum legis.* WACHTERI Specimen Gloſſarii pag. 120.

In JURE noſtro PROVINCIALI c. 404. habetur: *Eehafften dinge* pro: *Haushaltungs und familie ſachen, Res œconomicæ & familiares.* Et CAP. 381. *Ein dirn die ſein eehalt iſt* pro: *Eine Magd, die er in Koſt und Lohn hat. Ancilla, cui victum & mercedem præſtat.* Item cap. 350. *Eehalt,* pro: *Geſind, famulitium.*

Eeliche ding gebieten. JURE PROVINC. cap. 88. SPECULUM SAXONICUM Lib. I. Art. 59. hoc effert: *Ein recht Ding halten.* Hoc eſt: *Ein den Geſetzen und Rechten gemäſſes gericht halten oder gebieten. Judicium legibus & juribus conveniens celebrare vel convocare.*

Ee pro *als niſi.* JURE PROVINC. c. 26. §. 1. *Ee wann der König,* pro: *Als nur der König. Niſi Rex.*

Eht, Echt.

PRO: *So, ſi.* JURE PROVINC. c. 66. *wil eht ſie,* pro: *So ſie will. Si velit.* Et cap. 161. Lit. T. *wil ehten er bereden,* pro: *So er will ſchwören. Si velit jurare.* Conf. SCHILTERI Gloſſarium, voce: *Echt.*

Ehre erbieten.

Dicitur: *Umb Vergebung bitten, depreciren, deprecari.* JURE PROVINCI. cap. 105. 177.

Eintweder. Entweder.

Hæc vox duplicem in SPECULO noſtro habet ſignificationem. Quandoque denotat idem quod: *keiner, keines von beyden, nullus, neutrum.* JURE PROVINC. c. 3. Lit. (s) c. 21. Lit. (o). c. 125. 153. §. 2. 250. §. 2.

Quandoque etiam ſignificat: *Einer, eines von beyden.* JURE PROVINC. c. 31. §. 2. c. 127. *unus, alterutrum.*

Emberen.

JURE PROVINC. cap. 167. dicitur: *des mag er nit emberen,* pro: *Das kan er nicht verweigern* oder *vermeiden. Hoc non poteſt recuſare* vel *evitare.* Alt CAP. 110. §. 3. *Und will ſein der richter nit emberen,* ſignificat: *Will der Richter ihn deſſen nicht erlaſſen, will der Richter es nicht ungeſtraft laſſen hingehen.* Si Si judex hoc ipſi remittere nolit, ſi judex ipſum impunitum dimittere nolit. Alias hæc vox etiam in moderno ſenſu pro: *carere* extat JURE PROVINC. cap. 206. §. 3. cap. 302. JURE FEUD. c. 23. §. 2.

Embriſten.

JURE PROVINC. c. 101. *Und embriſtet er dem Kläger.* Pro: *Und manglet es dem Kläger an Beweiß, alſo daß der Beklagte von der Klage loßgeſprochen wird. Si actor deficit in probatione, ita ut reus abſolvatur.* Conf. CAP. 112. 114. 169. 326. *Einem mit recht embriſten* idem eſt ac: *ſe ab alicujus prætenſione ſeu actione judicialiter*

judicialiter liberare, rem eo perducere in judicio, ut quis absolvatur &c. SCHERZIUS in not. ad JUS PROVINC. ALEM. pag. 41. *Bristen, deficere,* OTFRIDUS ad Salomonem Episcopum vers. 88.

Wanta es ni bristit furdir.
Namque nil deficit amplius.

Vide SCHILTERI Glossarium, voce: *Bristen.*

Empfallen.

In JURE nostro FEUDALI cap. 62. habemus: *oder empfallet er im der manschaft.* Codex autem UFFENBACH. id effert: *oder entfurt er ym die manschaft.* De hac voce SCHILTERUS in Comment. ad cap. 90. J. F. Alem. tradit sequentia: *Est verbum antiquum, nec posteris satis cognitum. Fala priscis fraudem, insidias significavit.* OTFRIDUS ad Ludovicum I. R. Germ. vers. 60.

Joh bimide jo zala,
thero fianto fala.
evites pericula,
hostium insidias.

CARMEN TRIUMPHALE LUDOVICI II. Germ. R. vers. 35.

Sum was luginari
Sum was skachari
Sum was falloses
Alius erat mendax
alius latro
alius insidiator.

Vox *Geſinde, familia* ex ſententia TEN KATE tom. 2. p. 560. deſcendit a *Simnen, cogitare, ſentire* &c. WACHTERUS autem in Specimine Gloſſarii pag. 160. tradit: *Geſind ſignificat proprie comitatum, nomenque habet ab itinere, quod Angloſaxonibus ſith, KERONI ſind, Gothis ſintha in numeralibus, ut reyſen Batavis. Ab hoc primituo ſocius & comes itineris Angloſaxonibus dicitur geſith, & comitatus Gothis gaſinthjai, Francis & Alamannis, geſind. Gloſſæ* PEZ. *comitatu geſinde. Videri poteſt hæc vox, ſi recte conſideretur, in migratione gentium nata, & poſtea univerſo famulitio, quatenus ex ſervis & ancillis componitur, qui familiarum quaſi comites ſunt, & comitatum domeſticum conſtituunt,* communicata &c. Conf. GLOSSARIUM ipſum.

Geſind, geſunt autem in ſecundo ſenſu ex TEN KATE ſententia cit. loco pag. 550. deſcendit a *ſondern, ſegregare,* & hoc iterum a *ſenden, mittere.*

Geſtatten.

JURE POVINC. c. 302. Hujus loco SCHILTERI textus habet *ufgeben daz ez ſtæt ſi. Mit beſtand weg geben, valide tradere.*

Geſtæten, firmare. SCHILTERI Gloſſar. voce: *ſtat.* Vide jus noſtrum provinc. c. 195. §. 1.

Geſtuden.

JURE FEUD. c. ult. §. 2. Lit. L. *das ſie dem rechten geſtuden.* Pro: *daß ſie das recht unterſtützten. Daß ſie mit dem*

dem recht hielten. Ut jus ſuſtinerent. Ut Legum autoritatem conſervarent. Stutten, fulcire, ſtabilire. Stud, columna &c. TEN KATE tom. 2. pag. 418. voce: *Stand.*

Geſuch.

JURE PROVINC. c. 11. 345. pro: *Wucher, uſura.*

Geſundert.

Suntern, abſondern, unterſcheiden, ſeparare, diſtinguere. JURE PROVINC. c. 319. §. 3. Kero ſeorſum ſuntrigo. Vide WACHTERI Gloſſar. voce: Sondern.

Geſunt.

Vide: Geſind.

Getaufft e Juden.

Hoc nomine *uſurarii* in Jure noſtro provinciali c. 11. inſigniuntur.

Gewar.

JURE PROVINC. c. 28. *Wahrhaftig, verax.* NOTKERUS Pſ. 27, verſ. 3. *Meiſter wir wizzen das du geware biſt. Magiſter ſcimus, quia verax es.* Vide SCHILTERI Gloſſar. voce: *War.*

Gewer.

De hac voce VOCAB. SAXON. habet ſequentia: *Gewer der klagen thun, heiſt Caution und Vorſtand der Klagen angeloben, daß man darbey bleiben wol, wie ſie jetzt geſatzt ſey, und auch daß man den Beklagten ſolcher klagen halben gegen jedermann wolle vertretten.* Id eſt: *Cautionem præſtare de proſequenda actione prout eſt inſtituta, nec non de defendendo reo contra quemcunque hujus actionis intuitu.*

Gewer geloben, das iſt vor alle Anſprach. Evictionem promittere contra quamcunque actionem. WEICHBILD Art. 26. in gloſſa.

Gewer eines guts, iſt ſoviel, als eine rechte Beſitzung des guths, zu Latein poſſeſſio genannt. Eſt juſta feudi poſſeſſio.

Ein recht gewer an einem gut, iſt eine rechte Beſitzung eines guts, das ich habe in nutz und in Gült. Juſta feudi poſſeſſio cum uſufructu conjuncta. JURE FEUD. c. 37.

Gewehre oder Gewehrer heiſt, der einem eines Gutes oder verkauften Dinges zu gewehren ſchuldig iſt. Ad præſtandam fundi, vel cujuscunque rei venditæ evictionem obligatus.

Gewehrsmann, der iſt ein Gewehrsmann, auff den ſich einer ſeines gekaufften dinges oder guts ziehen mag, daß ers von ihm hab gekaufft, derſelbe muß ihn den gewehren, lib. 3. Art. 4. *Auctor, quem quis intuitu rei vel fundi emti nominare poteſt, ad præſtandam ejuſdem evictionem obſtrictus.*

Tantum VOCABUL. SAXONIC. tradit de hac voce. In SPECULO noſtro

Gewer en denotat *verwehren, verhindern, verweigern. Prohibere, impedire, recuſare.* JURE FEUD. c. 3. 6. 53.

Gewer en, pro: *Bezahlen, vergnügen. Solvere, ſatisfacere.* JURE PROVINC. c. 133. §. 5. c. 224. in fine.

Gewer en ſignificat etiam, einen bey der Igewer, oder dem beſitz einer ſach ſchützen, handhaben und maintenir en. Schadlos halten. Defendere aliquem in rei poſſeſſione. Indemnitatem alicui præſtare. JURE PROVINC. c. 343.

Gewer e heiſt derjenige, von dem man ein gut hat, und der einen dabey ſchutzen, handhaben und ſchadlos halten muß. Auctor, a quo fundum accepimus, ad præſtandam ejus evictionem obligatus. JURE PROVINC. c. 121.

Gewer, die Beſitzung, *poſſeſſio.* JURE PROVINC. c. 74. &c. JURE FEUD. c. 4. §. 3. c. 18. §. 3. &c.

Eigenlich gewere, daß einem eine ſach eigenthumlich zugehöre, Proprietas. JURE PROVINC. c. 309. CAP. 135. extat: *Mit nucz und mit gewer, das iſt zu völligem eigenthum. Proprietas plena,* i. e. *cum uſufructu & poſſeſſione conjuncta.*

Gemaine Gewere. Poſſeſſio rei allodialis, &

Lehens Gewer, poſſeſſio rei feudalis. JURE FEUD. C. 44. SCHILTER. in Comment. ad. c. 72. J. F. Alem.

Gleiche gewer, eine gemeinſchaftliche Beſitzung, communis poſſeſſio. JURE FEUD. C. 4. §. 4. Quandoque etiam deſignat caſum: *Wann zwey ein gut anſprechen und beyde gleich viel Beweiß vorbringen. Quum pares ſint probationes & reprobationes in poſſeſſorio.* SCHILTERI Exercit. ad ff. 16. §. 35.

Ledigliche Gewer, der bloſe Beſitz und Benutzung. Poſſeſſio cum uſufructu, ſine proprietate. JURE PROV. C. 337.

Raubliche Gewer. Poſſeſſio injuſta, poſſeſſio propria autoritate occupata. e. g. *Si duo* litigent de fundo, & alteruter propria autoritate ejus poſſeſſionem occupet. Vide Jus PROVINC. C. 315.

Recht Gewer. Poſſeſſio juſta, Rechtmäſſige Beſitzung. JURE PROVINC. cap. 123. JURE FEUD. C. 43. SCHILTERUS in Comment. ad J. F. Alem. c. 10. §. 4. c. 26. §. 17. c. 71. §. 2.

Stille Gewer, JURE PROVINC. c. 269. §. 2. JURE FEUD. C. 92. *Quieta poſſeſſio, ubi nec Dominus, nec quisquam contradixit, aut eam turbavit vel interrupit* &c. SCHILTER. in Comment. ad J. F. Alem. c. 11. §. 1.

Qua ratione hæc vox deſcendat a *Wehren, defendere*, reperimus apud TEN KATE tom. 2. p. 723.

Gewette.

Heiſt des weltlichen richters geſetzte ſtraffe nach gelegenheit der Miſshandelung, entweder an gelde oder an leib. Lib. 3. Art. 64. *Gewette eſt pœna a judice ſeculari ſecundum delicti qualitatem determinata, ſive ſit pecuniaria, ſive corporis adflictiva. Und iſt alſo die ſtraffe, die einer dem richter giebt, für die begangene miſſethat, iſt ſoviel geredt, alſs daß ſie dem weh thut, der ſie giebt. Adeoque eſt pœna judici ob delictum præſtanda, ita dicta, quod male habeat, qui illam ſolvere debet.* Lib. 3. Art. 64. in princip. gloſſ. VOCAB. SAXON.

Gewette iſt zweyerley, eine, da einer mit geld wettet; das ander da einer mit ſeinem leib verbüſſet. Gewette eſt duplicis generis; una, cum quis mulctam præſtat; altera, ſi quis in corpore luat. Jure feud. cap. 51. in Gloſſa. VOCAB. SAXON.

Das gewette und weltliche Straff iſt darumb geſetzt, daß man dadurch die leuth zum guthen zwinge und von dem böſen reitze. Pœnæ ſeculares ideo ſunt ſtatutæ, ut homines ad bonum compellantur, & a malo abſterreantur. Conf. infra vocem: *Wetten.*

Gewiß. Gewiſſen. Gewißheit.

JURE PROVINC. C. 161. *Iſt er nit gewiß*, pro: *iſt er nicht angeſeſſen, daß man der ſchuld wegen geſicheret ſeye. Si bona immobilia non poſſideat, nec creditor de debito ſecurus ſit.* Et CAP. 168. *Der richter ſoll jn gewiſſen*, i. e. *der richter ſoll ihn verwahrlich behalten. Er ſoll ſich ſeiner perſon verſichern. Judex ipſum in cuſtodia detineat.* JURE PROVINC. cap. 114. 179. 189. *Gewißheit thun. Gewißheit geloben*, pro: *Caution oder Bürgſchafft ſtellen. Cautionem præſtare, fidejuſſores dare.* Hocve in ſenſu extat etiam in SANCTIONIBUS ALBERTI I. apud GOLDASTUM in Conſtitutionibus Imperii P. II. pag. 25. Sanct. IV. §. 3.

Geyten.

Sprechen, ſagen. Dicere. JURE PROVINC. C. 309. Vide SCHILTERI Gloſſarium, voce: *Cheden.*

Gezimmer.

Vide: *Zeün.*

Giffte.

Eine gabe, ſchenckung. Donum. JURE PROVINC. C. 318. a *geben, dare, donare.* TEN KATE. t. 2. p. 185.

Graff.

Graff.

Heiſt nach alten Sächſiſchen Deutſchen ſoviel, als ein Richter eines gebiets. Graf *idiomate veteri Saxonico-Germanico ſignificat judicem certi diſtrictus.* Lib. 3. Art. 53. in Gloſſa. VOCAB. SAXON.

Grafffſchafft iſt nichts anders denn ein Jurisdiction oder gebieth und gegend im Lande, welche vor alters den Graffen durch die Kayſer verliehen worden, auf daß ſie an ihrer ſtatt daſelbſt Gerichtszwang hätten, und jedermann richteten, dieweil man die Kayſer (als den vor Alters alle gericht allein zugehöret) nicht umb alle ſachen hat mögen beſuchen. VOCAB. SAXON. Id eſt: Graffſchafft *nihil eſt aliud quam certus provinciæ diſtrictus Comitibus olim ab Imperatoribus in feudum datus, ut loco ſui inibi jurisdictione gauderent, omnesque judicarent, quoniam non licebat, Imperatores (ad quos ſolos omnia judicia olim ſpectarunt) ob quasvis cauſas adire.*

De origine vocis *Graff* opiniones multum variant: eaſdem omnes ſcire cupiens, inter alios a BESOLDO, WEHNERO, DU FRESNE, THULEMARIO, PFEFFINGERO ad Vitr. L. I. tit. 17. §. 2. p. 570. &, qui loco omnium eſt, a LUNIGIO in Theſauro Comitum, de iis ſatis edocebitur.

ECCARDUS in notis ad Catecheſin Theotiſcam p. 151. eam deducit a *ragen, eminere.*

SPELMANNUS a Saxonico *Gerepen* (*greiffen*) quod eſt *rapere.*

BESOLDUS, THULEMARIUS, PFEFFINGERUS, aliique plures illam habent pro verbo primitivo.

WACHTERUS in Gloſſario eam derivat a *gerefa*, quod per metatheſin literarum ortum a *gefera*, amboque ait, lingua Angloſaxonica deſignare *einen gefehrten, comitem, ſocium*, a *faran, ire, proficiſci.*

Dominus DE LUDEWIG in Opuſc. miſc. tom. 2. pag. 1045. HERTIUS in Notitia Veteris Germ. populorum, multique alii exiſtimant, *comites, die Graffen*, ita dictos eſſe *von denen grauen Haaren a canis capillis.* Dn. HEUMANNUS in Poecile tom. 1. lib. 1. pag. 66. ſeqq. & W. PISTORIUS in Obſervationibus hiſtorico-juridicis de variis S. R. J. Comites concernentibus materiis Part. I. p. 107. in hac opinione ſtabilienda & veroſimili reddenda deſudarunt.

Verum enim vero omnibus illorum rationibus non attentis perſuadere mihi nequeo, ut credam, veteres Germanos ſenibus nomen indidiſſe a capilli colore, multo minus inde titulum honoris & officii deſumſiſſe, maxime cum prædicti Autores hoc ne unico quidem exemplo comprobare aut confirmare potuerint (q); nec omnes ſenes cani, nec omnes capillos canos habentes ſenes ſint, ſed plures juniores hujuſmodi capillo ſuperbiant, vel potius ipſos hujus pudeat. Cum tamen hoc Dn. HEUMANNI argumentum principale ſit: *videlicet magiſtratus medio ævo Seniores compellatos eſſe, adeoque loco Principis vel Domini titulum Senioris adhibitum fuiſſe, & hoc quidem adeo frequenter, ut Italis, Hiſpanis & Gallis nomen hoc hodienum ſit in uſu, pro: Dominus, Senior dicentibus: Italorum enim Signore, Gallorum Seigneur, & Hiſpanorum Senor manifeſto eſſe vocem Senior quadantenus corruptam &c. Apud omnes fere gentes magiſtratus & judices a ſenectute nomen accepiſſe &c. Hinc vero ſibi valde ſimile videri, cum ex latina voce Senior Itali ſuum Signore, Galli Seigneur &c. effinxerint, Germanos quoque vocem latinam Senior ſuo idiomate expreſſiſſe. Cum igitur vernacula noſtra alium terminum, quo honoris titulus, Senior efferatur, præter vocem Grau*

(q) Vox *grau*, ſimpliciter poſita, hodienum non denotat *ſenem*, niſi præcedens indicet, talem ea deſignari. Cum addita vero voce *alt* vel *Haupt* hoc ſenſu venire ſuevit: *Ein alter Greis, grau von Alter, ein graues Haupt &c. Canus ſenex, ſenectute canus, canum caput.*

Grau non habeat, maxime probabile esse, hanc senem denotare, atque a grau, canus derivandam esse &c.

E contrario itaque per se consequitur, datis aliis terminis, quibus titulus honoris *Senior* Germanis, & quidem absque ullius contradictione, effertur, omnes supra adductæ rationum inductiones de origine vocis *Graffe* concidunt. Oportet, ut Dn. HEUMANNO præallegata scribenti modernum nostrum *Herr*, *Dominus*, quod tamen quovis momento in ore & penna habemus, multo minus Veterum *Hero*, *Herero*, *Herosto* &c. non inciderit: hoc enim *in propria & nativa sua significatione* einen *Alten*, *Aelteren*, *Seniorem*, non solum *natalibus*, sed & *ordine*, *dignitate*, *potentia*, *honore*, *potestate* &c. talem designat, uti pluribus videre licet in SCHILTERI Glossario. Quis porro Germanorum ignorat voces *Alt*, *Elter*, *Eltester*, quibus *Senex*, *Senior*, etiam quatenus est honoris titulus, exprimitur? Quid? quod Dn. HEUMANNUS Anglicam vocem *Ealdorman* (*Altermann*) ipse allegaverit. Et PISTORIUS in notis p. 120. observat: in Dn. Consiliarii Intimi LUDEWIGII tom. 7. Reliq. Mst. p. 28. 46. & passim vocem *Altermann* idem esse quod *Richter*, *judex*. Hamburgi *Seniores sive Civium Antistites* appellantur die *Ober Alten*. Francofurti ad Mœnum *Consul Primarius*, qui quotannis ex Scabinis eligitur *Consul Senior*, *Alter Burgermeister* vocatur; alter vero, ex secundo Senatorum ordine (*aus der zweyten Banck*) eligendus, dicitur *Consul Junior*, *der Jüngere Burgermeister*, quamvis quandoque accidat hunc illo ætate esse provectiorem. In tribubus opificum *Antistites* sive *Seniores* hic illic *Altmeister*, atque *boëthorum Antistites Altgesellen* salutantur. Quis neget, nomina *Elteren*, *Gros Elteren*, *Vor Eltern*, quibus insignimus eos, a quibus descendimus, esse honorifica. Reformatis in Germania æque ac in Belgio *Ecclesiæ Antistites* sive *Seniores* dicuntur *Ouderlinge*. Supra dixi Dn. HEUMANNUM & PISTORIUM ne unico quidem exemplo comprobare posse, veteres Germanos *Seniores* sive *ætate provectos* a capilli colore nominasse *Grauen* (r). Demonstravi porro, Germanos vocem *Senior* vernacula sua hodienum per *Herr*, *Alt*, *Elter*, *Eltester* reddere solere. Jam aliquot exemplis docebo, hosce loquendi modos non esse novos, sed majoribus nostris æque fuisse familiares. Voculam *Alt* quod concernit, OTFRIDUS Lib. 4. c. 19. vers. 41. seqq. verba MATTH. c. 27. *Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum & Seniores Populi*, transfert:

In morgan far himoti
so quam thas heroti,
ALTE joh thie jungi
Zi thero Biscove thinge.

Et in *versione quatuor Evangeliorum Angloſaxonica*, quam THOMAS MARESCHALLUS curavit recudendam, vox *Seniores* itidem transfertur per *Ealdras*, ut & Matth.

(r) Vox enim *Grietmann*, quam Pistorius p. 111. in medium profert, atque a *grèiß* Hollandice *Grys*, *canus* deducit, propositioni meæ supra stabilitæ minime est contraria: certus enim sum, neminem Frisiorum hanc derivationem approbaturum aut probabilem habiturum esse, maxime Batavis vocula *Grys*, ut Germani, *Greys*, minus vero *Grys* pronunciantibus, quæ autem cum vocula *Griet* nihil omnino habet commune. Potius conjeceris *Grietmann* contractum esse ex *Gerichtsmann*, quæ derivatio etiam definitioni *eines Grietmanns*, ab ipso datæ, magis convenit. Quodsi vero vox *Grietmann* esset vox antiqua Frisica, de vera ejusdem significatione & derivatione informatio esset petenda ab ipsis Frisiorum linguæ gnaris, dum hæc ab idiomate superioris & inferioris Germaniæ multum distet, cumque illo nulla fere ipsi intercedat cognatio. Quid proprie sit GRIETMANN vide TEMPLE Remarques sur l'Etat des Provinces Unies chap. 2. circ. fin. p. 183. Edit. Hagiens. de anno 1674. Conf. Ubbo EMMIUS in Descriptione Frisiæ, ad quem provocat GUNDLINGIUS ad A. B. p. 194. quod idem sit ac *Altmann*, *Senior*.

Matth. XXVI. 2. Atque cap. XXVI. 47. verba: *missi a Principibus Sacerdotum & Senioribus populi redduntur: Asende fram thaera Sacerda ealdrum and thaes folces ealdrum.* Porro vers. 57. *Duxerunt ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi scribæ & seniores convenerant. Laeddon hyne to Caiphan thaera Sacerda ealdre. thaer tha boceras and tha ealdras gesamnode waeron.* Interpreti vero Gothico ULPHILÆ, licet in sua lingua, uti videtur, non potuerit invenire terminum, qui voces *Senex, Senior* distincte exprimeret, in mentem tamen non venit, ut eum a *capillo cano* desumeret, sed vocem latinam retinere, imo a Græcis, uti JUNIUS in Glossario autumat, illum mutuare maluit. *Sineigs* (s), *Senex*, LUC. I. 18. *Sinistans, Seniores Populi*, MATTH. XXVII. 1. *Insandida du imma Sinistans judaie: Misit ad eum Seniores Judæorum* LUC. VII. 3.

Voculæ *Herr, Hero, Herosto* &c. affatim inveniuntur apud OTFRIDUM, NOTKERUM &c. e. g. apud priorem Lib. 3. c. 13. vers. 13. 14.

Duent thas these Furiston,
joh thie Herestom.
Facient hoc ipsi Principes
atque Primores.

Et LIB. 3. c. 16. vers. 109.

Firsteit thaz Heroti.
Intellexitne Synedrium.

Apud NOTKERUM Ps. 104. vers. 22. dicitur: *Unde er sine herostem fruotheit lerti. Et ejus Seniores prudentiam* doceret. Et *Ps.* 106. vers. 32. *Unde die sizzenten an demo herstuole loboen in. Et in cathedra seniorum laudent eum.*

In REGULA S. BENEDICTI pag. 23. col. 1. habetur: *Herostono so pruhle Kerattes, seniorum tantum atatur consilio.* Et COL. 2. *Heririn atumlihhemu, seniori spirituali.* Plura exempla qui desiderat, illa inveniet in SCHILTERI Glossario voce: *Her.*

Postquam igitur satis perspeximus, quomodo Germani vocem *Senior* vernacula sua vulgo efferre soleant, credibile non est, illi *Seniori* Soli, qui designat Judicem, priscis temporibus Germanice *Grave* dictum, fortunam vel secundam vel adversam obtigisse, ut honoris nomen a *cano capilli colore* ipsi fuerit impositum. Verum probabilius est, hanc vocem vel esse primitivam, vel a Comitis (des Graven) officio & functione (uti alia plura officiorum & dignitatum nomina) derivandam. Hocve posteritas tentavit OLIV. VREDIUS in Historia Comitum Flandriæ, scribens ibidem part. I. p. 109. prout sequitur: *Equidem, quicquid alii hactenus voluerint, existimo vocem Graef a scriptione originem habere; idque ea ratione, qua Græci a γράφω γραμματία, Latini a scribo scribam, itemque a noto notarium fecerunt, a voce nimirum nostrate Græven, Germanis Grafen (graben) quod olim etiam scribere (t), nunc vero sculpere, incidere, fodere*

(s) TEN KATE tom. 2. pag. 520. id habet pro genuina voce Germanica antiqua, vel Mœsogothica a *Sein, esse*, derivata atque significante: *Einer der lang hier auf Erden gewesen, qui diu fuit in hac terra.*

(t) TEN KATE tom. 2. p. 197. in eadem versatur sententia. Verba ejus digna sunt, quæ hic apponantur: Met opzigt tot de schryfbediening, het rekenschap houden, en de uitvoering van's Vorsten beschrevene Wetten en Bevelen, dunkt my dat zig mede de oorspronkelyke zin hier openbaert van ons Greve, nu Grave, Graef, Graf, Præfectus, Prætor & summus præpositus, & tandem Comes, vulgo Graphio, gravio & gravus; eene Tytel, die in't eerste zo wel van lagen als van hoogen rang was; want duz Frank-Theutsch Gravo, præses; Angel-Saksisch Greve, Gerefa, exactor, publicanus, commentariensis, præpositus, præfectus; A-S. Aef-Graef, aef-Greafa, exactor; en A-S. Under-Geraefa, proconsul; gelyk mede A-S. Gerefa, Procurator (Luc. VIII. 3. & Matth. XX. 8.) en A-S. Gereta, œconomus

fodere, ſignificat; ſiquidem ante adinventam hodiernæ ſcriptionis rationem, ligneis, lapideis, aliisque tabulis, etiam corticibus, ſtilo inaratos characteres, abſentes abſentibus, & priores poſteris transmittendo per eos animi ſui ſignificata notificare ſolebant &c.

Sane hæc derivatio egregie convenit cum veterum *Gravionum ſive Comitum* officio & negotiis, quippe quæ inter alia in eo etiam conſiſtebant, ut ſententias a Scabinis latas literis mandaverint, vel ſecundum antiquum loquendi modum inſculpſerint (auffgrabeten), quo poſtea ex his ſententiam judicialem, ſecundum plura ſuffragia concipere atque publicare poſſent. Verbum quoque *graben, graven, grafen, graphen* veteribus ſignificaſſe *ſcribere, ſculpere* &c. AVENTINUS Annal. Bojor. Lib. I. c. 5. §. 14. itidem obſervavit. Inter alios id etiam commonſtrat *Ulphila* in Verſione Evangeliorum Gothica *Luc.* 2. verſ. 1. ibi enim verba: *Edictum exiit*, transfert, *Gagrefs urran*. Et in MISCELLANEIS THEODISCIS, quæ BERN. PEZIUS inſeruit Tom. I. Theſauri Anecdotorum noviſſimi, pag. 340. extat *Grepthi, Scalpturæ*. Nobis hodienum inde reliquum eſt vox *Griffel, ſtylus*, Batavis & Gallis, *Greffier*, qui illis eſt *Cancellarius provinciæ*, his vero *Cancellariæ civitatenſi Præfectus*. Vocis *graviren, ſcalpere* itidem frequentiſſimus adhuc eſt uſus &c.

Grieß.

Idem ſignificat, quod arena, NOTKERUS Pſ. 138. verſ. 18. verba: & ſuper harenam multiplicabuntur, vertit: unde iſt iro mer danne me regriezes. Vid. Jus noſtrum provinc. c. 350. Lit. (q). Ejuſdem origo a gryſan, horrere, reperitur apud TEN KATE tom. 2. pag. 639. Wachterus autem ſub voce: Sand eam deducit a grüſen, comminuere.

Gros.

Pro: *Gras, gramen.* JURE PROVINC. c. 207. Ita & KOENIGSHOVIUS p. 206. habet: *Gros oſſent*, pro: *gras aſſen*,

nomus (Luc. XIV. 1. 2.); en A-S. Gerefa (voor een Huisbezorger van Joſeph Geneſ. XLIII. 16. & 23. & XLIV. 1. en voor den Raedsherr Joſeph van Arimathea, Marc. XV. & Luc. XXIII. 50); en A-S. Geref-ſcipe, villicatio, ipſa ruſtica negotiatio, vel villæ diſpenſatio; by meeſt alle welke bedieningen een ſchriftelyke rekenſchap voegt: gelyk ook deze naem nog heden wel in ſamenzetting by geen zeer hooge Staten in wezen is, als Ding-Grave, *Judex pedaneus*; Dyk-Grave, *Aggerum præfectus*; Go-Graf, *judex agrarius*; Saltz-Graf, *ſalinarum præfectus*; Spiel-Graf, *qui in tibicines exercet jurisdictionem*; en ons Pluim-Graef, *aucupii præfectus*; en verder ook Pluim-Graven (*Comitum Hollandiæ fiduciarii clientes, qui pro mercibus vectigal exigunt, & qui plumarii Comites nominantur, quod, illorum injuſſu, multis in locis nemini fas ſit, cygnos aut olores publice alere*; ADR. JUN.) Edog ſedert, toen in de Middel-eeuwen de Frankiſche Koningen en Keizers hunne Gunſtelingen, die gewoon waren hen tot luiſter en dienſt geſtadig te verzellen, waer van ze den naem van *Comites* droegen, na eenige Provincien tot verzameling van Krygsvolk of invordering van ſchattingen, of tot beſliſſing van Regt. Zaken, Zonden, om door derzelver aanzien te minder tegenſtribbeling te ont moeten, zo zyn ook ons Grave, Graef, Grave, Gerefa, Graf, en het Latynſche *Comes* in eene zelfde beteekenis vervallen; gelyk ook nu by ons *Gravinne*, Comitiſſa; eene rang die metter tyd van groot aenzien geworden is. Hoe hy van ouds was, zie ECCARD. Comment. in Catech. Theotiſc. pag. 149. ad 154. Na de min of meerder grootheid kreeg die tytel ook een voor-lid, als *Burggraf, comes caſtrenſis, præfectus arcis*; *Land-graf, Comes Provincialis*; *Leen-graf, comes vaſallus*; *Mark-graf, comes limitaneus*, unde vulgo *Marchio*, & *Marckgravius*, Gall. *Marquis*, Ital. *Marcheſe*, Angl. *Marques*; en *Paltz-graf, comes palatinus*, olim *præfectus prætorio*, ſive *Palatii Cæſaris*; *vel a magno Palatio Treverenſi, unde Palatinorum Comitum prima origo & appellatio*, vide KILIAN. Ondertutſchen is van Graef gekomen ons Graefſcap, Grafſchaft, A-S. Geref-ſcipe, Comitatus; naemlik zo verre des Graven gebied ſtrekt &c.

assen, gramen manducabant. Descendit a *Græn, Græyen greowan, growan, crescere, germinare* &c. TEN KATE tom 2. p. 640.

Größlich.

JURE PROVINC. c. 101. 271. In SCHILTERI interpretatione veterum verborum in Chronico KOENIGSHOVII extantium est: *Größlich thun, sich schwehr versündigen, graviter peccare.*

Grüssen.

JURE PROVINC. c. 356. §. 5. SPECULUM SAXONICUM ejus loco habet: *nachhetzen, feram canibus persequi.* Et SCHERZIUS in notis ad h. l. observat: *Grüzzen hic idem est ac: incitare, ad venandum scil.* NOTKERUS Ps. LXXVII. 40. *sie gegruozton in ze zorne, concitaverunt eum ad iram.* Adde EOD. Ps. vers. 58. Gl. Monseenses: *gruoztun, concitaverunt. gruozan, provocare, gruzara, irritatores.* Conf. SCHILTERI Glossarium p. 407.

Gült.

JURE PROVINC. c. 14. 89. 94. &c. pro: *Schuld, Geldschuld, debitum, debitum pecuniarium.* Alias hæc vox adhibetur pro: *Gefälle, oder Einkommen an Korn und Früchten* &c. *Reditus frumenti & aliarum frugum.* BESOLDUS, WEHNERUS hac voce. Et in eadem significatione est in nostro JURE PROVINC. c. 258. & in JURE FEUD. c. 132. Vide & supra voce: *Gelten.* Derivationem vocis *Gült* a *gelten* reperimus apud TEN KATE tom. 2. p. 189.

H.

Haben.

JURE PROVINC. c. 161. §. 1. pro: *halten, servare.* Ita habetur in *versione Gothica Evangeliorum Ulphilæ* MARC. VII, 8. *Afletandans raihtis Anabusn Goths habaith thatei anafulhun Mannans. Ihr verlasset Gottes gebott, und haltet der Menschen Auffsetze. Derelinquitis Dei præcepta, & canones hominum servatis.*

Haller.

JURE PROVINC. c. 402. §. 4. Nomen dicitur sortitus ab urbe *Hala* in Suevia, ubi magna eorum copia excusa fuit. Alii opinantur *Haller* idem esse ac: *halber Pfenning, Helbling, Halbling* &c. *dimidius obolus.* BESOLD. WEHNERUS voce: *Heller.* SCHILTERI Gloss. voce: *Hall.*

Hand.

Mit sein selbst Hand, das ist mit seinem Eyde VOCAB. SAXON. *hoc est juramento suo.*

Mit sein eines hand bereden zu den Heyligen. JURE FEUD. c. 20. *Hoc est juramento suo proprio, nullis adhibitis Sacramentalibus sive Conjuratoribus.* SCHILTER. in Comment. ad Cap. XI. J. F. Alem. §. 1. Vide etiam supra sub voce: *Bereden.*

Handgetat in VOCAB. SAXON. dicitur *Handthaftige that*, sicque describitur: *Handhaftige that ist das eygentlich geheissen, da man einen auf frischem Fuß an einer übelthat begreifft, die man auch zu hand klagt, und richtet, und ist also ein Mißhandlung die offenbar ist, daß man sie mit der hand begreiffen mögte. Vorzeiten wenn man einen Dieb mit dem Diebstal begriffe, so hat man ihm denselben auf den rücken gebunden, so man ihn für gericht geführt hat.* Hoc est: *Handhaftige that hoc proprie dictum fuit, cum quis in delicto flagranti comprehenditur, quod etiam protinus in judicium deducitur & judicatur: est itaque delictum adeo manifestum, ut quasi manu contrectari possit. Fur cum re furtiva comprehensus quondam cum illa dorso illigata ad judicium rapiebatur.*

In JURE nostro PROVINC. c. 170. *Die Handgetat* ita describitur: *Die Handgetat, das ist das: wo man einen mann mit der tat begreyffet. oder an der flucht der getat. oder Diebstal in seiner gewalt begreyffet, do in selber dye schuld zu tregt, das ist, das er selb verstolen hat.* Id est: *Si quis in delicto ipso, vel in fuga comprehendatur, vel si res furtiva in ipsius*

cuſtodia reperiatur, quam ipſe furto abſtulit.

Hand dicitur etiam *die Einwilligung, conſenſus. Herren hand, conſenſus Domini.* JURE FEUD. c. 28. 36. 72. &c.

Hand abziehen idem eſt, ac: *nicht zum eyde laſſen, abhalten vom Eydſchweren, den eyd wehren, ad juramentum non admittere, prohibere a jurando.* JURE PROV. c. 155. §. 3. 168. §. 1. 171. §. 1.

Ergere hand. JURE PROVINC. c. 50. 52. 328. §. 2. *Die kind gehören zu der ergeren hand. Partus deteriorem ſequitur conditionem.* Vide POTGIESSERUS de conditione & ſtatu ſervorum Lib. 2. c. 1. §. 13. LUDEWIGIUS ad A. B. tom. 2. pag. 1361. Allegatum tamen ibidem cap. 120. J. F. ALEM. ſphalma vel typographi vel ſcribæ ſit, neceſſe eſt, cum nihil ad hanc materiam faciens in eo reperiatur.

Geſamenter Hand. JURE FEUD. c. 37. *Inveſtitura ſimultanea.*

Lehens Hand. JURE FEUD. c. 4. §. 3. *Inveſtitura.* WEHNER. voce: *Lehniſche hand.*

Handfeſten. Das ſind Handſchrifften. Falſche Handfeſte ſchreiben und bringen, ſind die falſche Brieſe ſchreiben. Sunt chirographa & alia inſtrumenta. Falſa inſtrumenta ſcribere ac producere. Lib. 2. Art. 3. in gloſſa. VOCAB. SAXON.

In JURE noſtro PROVINC. c. 305. §. 2. extat: *Handfeſtne.* c. 62. §. 3. *Handfeſti.* c. 388. §. 10. *Handveſti* c. 300. 311. *Handtfeſte.*

Vox hæc compoſita eſt ex *Hand* und *veſten, feſten, firmare* &c. *Handveſte, chirographum, quoniam manus ſubſcriptio ad firmandum negotium adhibetur* &c. Vide TEN KATE tom. 2. p. 472.

Handgemahel. JURE PROVINC. c. 53. Lit. (B). SPECULUM SAXON. Lib. I. Art. 51. id definit: *Handmahl, das iſt ſein ordentliche Gerichtsſtat. Forum cujusvis ordinarium.* Et VOCAB. SAX. tradit: *Handmal. Nach alten Sächſiſchem Teütſchen iſts nichts anders, denn eines jedermannes bequemliche und ordentliche Gerichtsſtadt, dahin er ſich einem jeden zu Recht erbiethen, und beruffen mag, als an das Ort, da er ſein Geburth und Herkommen hat, zu Latein forum genannt, dahin er ſich ſelbſt oder ſeine Eltern mit der Hand zu dem Gericht geſchworen.* Hoc eſt: *Handmal antiquo Saxonico-Germanico nihil eſt aliud, quam forum cujusque ordinarium, in quo cuique ſtare debet, & ad quod ſemper provocare poteſt, ad locum quippe originis latine forum dictum, ubi ipſe vel parentes ejus judicio juramento ſe ſubjecerunt.* Verum Gloſſa ad cit. Art. 51. Lib. I. dicit: *Handmahl iſt die Gerichtsſtadt, da einer ein gebohrner ſchöpff zu iſt, und do er ſein ſchildt und wappen her hat,* ut WEICHBILD art. 33. in text. & gloſſ. & infra LIB. 3. art. 26. Id eſt: *Handmahl eſt judicium cujus quis eſt Scabinus natus, & a quo inſignia ſua habet.* Hæcve ultima opinio Schiltero quoque probatur, dicenti, *textum loqui de ſolis Scabinalibus nobilibus, non de omnibus hominibus & eorum foro.* Vide ejuſdem GLOSSARIUM p. 424. Adde GRUPENII *Teutſche Alterthümer.* pag. 90. ſeqq.

Hantlon vocatur pecunia domino præſtanda ſi feudum cenſiticum &c. vendatur. JURE FEUD. lit. (r). Alias & vulgo *laudemium, Lehenwahr, Herrenſteuer,* vel *Ergötzung* dicitur. Vide BESOLDUS, WEHNERUS hâc voce.

Handſchuch, chirotheca. Bey des Kayſers Handſchuch, ſo er den vor alters irgent hingeſchicket hat, iſt bedeut geweſen ſeine verwilligunge zu einer ſachen, die an ihne iſt begehret worden. Chirotheca Imperatoris ab ipſo aliquorſum miſſa innuit ejuſdem conſenſum in aliquod negotium, ab eo expetitum. VOCAB. SAXON. Vide Jus noſtrum PROV. c. 390. §. 5. DU FRESNE voce: *Chirothecæ.* BESOLDUS voce: *Handſchuh.*

Haube.

Haube. Hube.

JURE PROVINC. c. 37. Certa terræ portio, quæ vero non semper nec ubique ejusdem est magnitudinis, sæpius tamen triginta jugera comprehendebat. Ita habetur in TRADIT. FULDENS. ex Edit. SCHANNATI pag. 32. *Una Hoba quod est XXX. jugera terræ araturiæ* &c. Plura de hac voce reperiuntur apud DU FRESNE voce: *Huba.* SCHERZIUM in not. ad WINSBEKII Paræneſ. pag. 39. SCHILTER. Gloſſar. voce Huba.

TEN KATE tom. 2. pag. 213. hanc vocem derivat a *Heven, hefan, hafan, elevare. Quoniam veteres Germani locos elevatos ad domicilia ſua & agriculturam ſeligere ſolebant.* WACHTERI ſententiam vide in ejuſdem Gloſſario.

Haußgenoſſen.

JURE FEUD. c. 118. §. 7. 119. §. 2. 122. §. 4. 126. dicuntur ii, *die einen Lehenherrn haben. Qui ſunt Pares Curiæ,* uti SCHILTERUS id transfert. JUS FEUDALE SAXON. c. 66. ejus loco habet: *des Herrn Hoffdiener.* Verum textus veteres a Dn. LUDOVICI denuo editi pariter habent: *Hußgenoten, Huzgenoſſen,* textusque latinus id etiam effert per *Pares. In Jure Auſtriaci Ducatus* apud Dn. DE LUDEWIG Reliq. Mſt. tom. 4. pag. 17. hæc vox ſignificat: *Die gleiches ſtandes und Adels ſind. Die einen und denſelben Heerſchild haben. Qui ejuſdem ſunt ordinis & dignitatis. Qui in eodem ſunt clypei feudalis ordine.*

Haut und Haar abſchlagen.

Zu haut und haar hat man vor alters alſo gerichtet, daß man einen mit ruthen einer anzahl ſtreiche geſchlagen, und ihm hernach die haar auf dem kopf mit einer hültzen klüppen ausgerauſft, auf daß man ſolche glatzichte Buben kennete, und ſich vor ihnen hüten möchte, dieweil man aber jetzt kurtze Haar und Kolben trägt, ſo ſchneidet man ihn dafür die ohren abe. VOCAB. SAXON. Id eſt: *Zu Haut und Haar olim ita fuit judicatum, ut quis certis vicibus virga cæderetur, eique deinde capillus lignea forcipe evelleretur, ut hujusmodi calvi nebulones cognoſcerentur, & caveri poſſent. Quoniam vero hodie capillum brevem geſtare moris eſt, ejus loco aures ipſis abſcinduntur.*

SPECULUM noſtrum c. 116. JURIS PROVINC. dicit, *zu haut und haar verurtheilt ſeyn* dici: *geſchlagen werden, fuſtigari.* Pro gravitate igitur aut levitate numerus verberum determinabatur. *Es iſt kein ſchulde ſo groß dye ze haut und ze haar geet, das man icht mer ſchläge jeman darumb tun ſoll. wann on eyn vierczig, das iſt neun und dreyſig. Und darumb ye minder ſchuld ye mynder ſchleg. Delictum fuſtigatione & capilli evulſione puniendum adeo grave non datur, ut ejus nomine pluribus verberibus quis adfligi poſſit, quam quadraginta minus uno. Ideo quo levius eſt delictum, eo pauciora ſunt verbera.* Sed §. 4. ſequitur: *daß wer in der Mülen ſtilet das dreier pfenning wert iſt, den ſoll man ze haut und ze har ſchlagen, bey dem höchſten, das ſeind vierczig ſtreich. Qui in mola trium obolorum pretium furatur, ſummo fuſtigationis & capilli evulſionis gradu, hoc eſt quadraginta verberibus, adficiatur.* Supra dicta de evulſione capilli mediante forcipe lignea merito irridet BEIERUS in Delineatione Juris Criminalis pag. 201. Dn. THOMASIUS in notis ad π. Lib. 48. tit. 19. pag. 372. itidem dicit: *Inepta eſt explicatio Gloſſæ ad Lib. 2. Art. 13. Juris provinc. Saxon. circa denominationem pœnæ, die an Haut und Haar gehet, quod ſcilicet capilli mediante fuſte complicati extorti fuerint ex capite delinquentis; nec mihi etiam ſatisfacit explicatio altera, quod Germani olim detonſerint furibus capillum prolixum, ut ab aliis cognoſcerentur. Sed potius dicendum, quod apud antiquos Germanos fortiores & duriores ac magis viriles communiter homines, in dorſo etiam, in quo fuſtigationem patiebantur, hirſuti fuerint.*

Quæ MEINDERSIUS contra hæc protulit: *Quod ſcilicet ſemper apud veteres detonſio capillorum conjuncta & inſeparabilis quaſi fuerit cum fuſtigatione* &c. videre licet in ejuſdem Diſſertat. DE JUDICIIS CENTENARIIS pag. 173. ſeqq. (u). Cum ſententia ejus ad minimum convenit cap. 345. §. 4. JURIS noſtri PROVINC. ſecundum lectionem *Codicis Uffenbach. Jung. & Berger.* In CONSTITUTIONE FRIDERICI I. de anno 1156. apud GOLDASTUM in Conſtitut Imperial. part. 2. p. 11. §. 14. dicitur: *Welcher fünf Schilling werth, oder darüber geſtolen, der ſoll mit dem ſtrick aufgehenckt werden. Hat er darunter geſtohlen, ſoll er mit ruthen geſchlagen, und mit einer Schern beſchoren werden.* Hoc eſt: *Furatus quinque ſchillingorum pretium, aut plus, laqueo ſuſpendatur. Furatus minus virgis cædatur & forfice tondeatur.* Et in *Receſſu Conventus Alſatici de Anno* 1051. apud *eundem* Conſtit. Imperial. tom. 2. pag. 48. §. 7. *Si quis, ſicli unius aut duorum pretii furtum aut prædam fecerit, corium cum capillis perdat.* In Antiquis *Statutis Argentinenſibus* diſponitur: *Swer da vurſchaldet, das man ſcheren und villen ſol, das ſol der Stockwerter tun.* Id eſt: *Si quis meretur, ut tondatur & flagelletur, hoc cipparius faciet.* Vide ECCARDI not. in Catechef. Theotiſc. p. 180. Et in *Diplomate* quodam *Imperatoris Lotharii de anno* 1135. apud REHTMEIERUM in Chronico Brunſuico-Lüneburgico tom. I. pag. 293. *Quodſi inter familiam noſtram & Eccleſiæ, aliquis alium ſine prius facta querela occiderit, detonſus & virgis verberatus ei detur, cujus ſervum occiderit.* De Gottfrido, Lotharingiæ Duce, refert LAMBERTUS SCHAFFNABURGENSIS ad annum 1046. PISTORIUM tom. Un. p. 160. *Dux Godefridus civitatem Verdonenſem cepit, majorem in ea Eccleſiam concremavit. Sed poſt modicum facti in tantum eum pœnituit, ut publice ſe verberari faceret, & capillos ſuos, ne tonderentur, multa pecunia redimeret.* &c.

Heerfart. Hörfart.

Heervarte varen, hodie *zu Felde gehen, expeditionem peragere.* SCHILTERUS in Comment. ad c. 139. J. F. ALEM. §. 1.

Heerflüchtig.

JURE PROVINC. c. 138. 200. 201. *Heerflüchtig wird derjenige genennet, der aus dem ſtreit fliehet. Oder auch der, der von dem hauffen oder Heer heimlich abziehet.* GLOSSA SPECULI SAX. L. I. Art. 40. *Heerflüchtig nominatur e pugna effugiens, vel ab exercitu clam ſecedens.*

In JURE noſtro PROVINC. mentio ſaltim fit *e conflictu aufugientium.* Quodſi igitur ejuſmodi fuga e pugna, cui Imperator ipſe intererat, fieret, fugitivus olim vivus ſepeliebatur. Si vero id committeret extra militiam Imperii, capite quidem non plectebatur, jus tamen ſuum hereditarium & feudale amittit.

Heergewette.

Heergewette oder Heergereth heiſt das ein Mann in Kriege zur Heerfart pfleget zu gebrauchen, als Pferd, Harniſch, und andere ſtreitliche waffen, darzu andere Nothdurfft zum Feldlager gehörig, davon zum Sachſenrecht etliche nemliche ſtücke pflegen gegeben zu werden. VOCAB. SAXON. *Heergewette vel Heergereth appellantur res, quibus quis in expeditione uti ſolet, utpote equus, cataphracta, aliaque arma bellica, ad hæc requiſita caſtrorum alia, quorum aliquot ad Jus Saxon. exempli cauſa nominari ſolent.*

In JURE noſtro PROVINCIALI c. 287. dicitur *Hergewatte*, ab *Heer, exercitus, multitudo*, quod ab Anglo-Saxonico *Hæran, congregare* haud inepte poſſet deduci, & *Gewatte, veſtimenta.* Vide ſupra ſub voce: *Federwat.* WACHTERUS in Gloſſario voce

(u) Vide etiam KRESSII Comment. in Conſt. crim. Caroli V. edit. ſec. p. 637. ad art. 198. Phil. Lud. HUTH Specimen Juris Germ. de his qui not. infamia. Altorf. 1723. §. 12.

voce *Her* id derivat ab *Hyra, agere, agitare.* Et ſub voce *Herwede* opinatur, ultimam voculam *wede* ori ab *od, bonum,* atque adeo idem eſſe, ac: *Heergut, bonum caſtrenſe.*

Quid pertineat *ad res expeditorias, zu dem Heergewette*, vide in JURE noſtro PROVINCIALI c. 267. §. 4. SPECULUM SAXON. Lib. I. Art. 22. WEICHBILD Art. 25.

Si GOBELINO PERSONA credendum foret, res expeditoriæ olim filii erant natu maximi. Ita enim dicit in COSMODROMIO apud MEIBOMIUM tom. I. p. 247: *Et mandavit* (Rex Henricus I.) *quod ſenior inter fratres quoscunque deberet eſſe in exercitu Regis, & propter hoc ipſe ſolus tolleret patris exuvias, inter quas arma maxime reputabantur. Et inde vulgo Herewede adhuc nominantur.* Verum poſtmodum hæcce lex in deſuetudinem abierit neceſſe eſt, virtute enim SPECULI SUEVICI & SAXONICI filii *res expeditorias* jure hereditario conjunctim capiunt, & inter ſe dividunt, excepto *gladio*, qui natu maximo præcipue competit. JURE PROVINC. c. 270. SPECULUM SAXONICUM Lib. I. Art. 22.

Heerſchilt.

Heiſt und bedeut nichts anders denn ein unterſcheid der Ritterſchaft, da der König den erſten hat, darnach die Fürſten, Grafen und Herren &c. Und iſt ihrer ſechs, davon haſtu Lib. I. Art. 3. Weichbild Art. 8. Lehenr. Art. 1. VOCAB. SAXON. Heerſchild nihil eſt aliud niſi diverſi nobilitatis ordines, quorum primus eſt Regis, quem ſequuntur Principes, Comites & Barones &c. Suntque ſex, de iis videſis LIB. I. ART. 3. WEICHBILD ART. 8. JUS FEUD. ART. 1.

Secundum SPECULUM noſtrum SUEVICUM horum Clypei feudalis ordinum ſunt ſeptem. In primo eſt Rex. In ſecundo ſunt Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ, principali dignitate fulgentes. In tertio Principes ſeculares. In quarto Liberi Domini ſive Barones. In quinto nobiles medioxumi. In ſexto miniſteriales. In ſeptimo, quicunque non eſt homo proprius, & legitimorum natalium.

De hiſce clypei feudalis ordinibus, & quem quisque comprehendat, vide apud SCHILTERUM in Comment. ad c. 1. J. F. ALEM. GUNDLINGIUM de Henrico Aucupe. p. 140.

Auctor eruditus *des vorläuffig- doch gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland* pag. 173. diverſos hoſce clypei feudalis ordines pro inventione quidem habet, Speculo Saxonico haud antiquiore, quod in remotioris ævi hiſtoriis eorum nulla; ſed *triplicis tantum hominum conditionis* fieret mentio. Ita NITHARDUM Libr. 4. Hiſtor. de Saxonibus ſcribere: *Sunt enim inter illos* (ſc. Saxones) *qui Edhilingi, ſunt qui Frilingi, ſunt qui Lazzi illorum lingua vocantur. Latina vero lingua hoc ſunt: Nobiles, Ingenui atque Serviles.* An vero ex hoc teſtimonio inferri poſſe: *Ergo germani in genere, vel Saxones in ſpecie diverſos Nobilitatis aut Militiæ gradus non habuerunt; ergo apud ipſos omnes Nobiles, omnesve Milites ejuſdem fuere dignitatis & ordinis; ergo diverſi clypei feudalis ordines recens ſunt inventio, Speculo Saxonico haud antiquior*, de hoc maxime ſum dubius, WIPPONE præprimis contrarium docente in vita Chunradi Salici apud PISTORIUM p. 428. ubi ſequentia: *De fidelitate facta Regi, minus neceſſarium dicere puto, frequenti uſu teſte, quod omnes Epiſcopi, Duces & reliqui Principes, milites primi, milites gregarii, quin ingenui omnes, ſi alicujus momenti ſint, Regibus fidem faciant.* Et ſane locus hic notatu eo eſt dignior, quod cum ANBORUM SPECULORUM clypei feudalis ſectiones in ſeptem ordines exacte conſentiat. Ut vero conſenſus eo luculentius appareat, ſupra allegatam WIPPONIS narrationem cum SPECULI noſtri SUEVICI doctrina conferemus.

Quod *Imperatori* vel *Regi primus gradus Nobilitatis, primus clypeus militaris* competat, de hoc nemo erit dubius, & ei quidem ſoli, cum nullus

nullus exiſtat, cujuscunque demum ſit ordinis & dignitatis, qui ipſe parem ſe poſſit exiſtimare, ſed omnes reliqui, prout WIPPO loquitur, ipſi, ut Capiti ſuo & Domino fidelitatem jurare teneantur. Inter hoſce omnes WIPPO primo loco nominat *Epiſcopos*. In Speculo noſtro Regem pariter immediate ſequuntur *Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ Principes, & ſecundum tenent clypei feudalis ordinem.*

Epiſcopos ſequuntur *Duces & reliqui Principes*, æque ac in JURE NOSTRO, quo *Principibus Secularibus tertius clypei militaris ordo* attribuitur.

Poſt Principes ſeculares apud WIPPONEM veniunt *Milites primi*. Hos SPECULUM noſtrum nominat *Liberos dominos*, qui nulli Principum ſubjecti erant, ſed tempore belli quisque ſuas copias Imperatori & Imperio ipſi adducebant, iisque qua duces ipſi præerant, atque adeo Milites primi non abs re dicebantur. Conf. Dn. DE PLOENNIES Diſſ. de Miniſterialibus th. 27. pag. 42. Ludewigius ad A. B. tom. I. pag. 45. *Atque hi quartum habent clypeum militarem.*

Liberis Dominis apud nos ſuccedunt *Nobiles medioxumi, ſuntque in quinto clypei militaris ordine.* Cum vero hi non ipſi Imperatori & Imperio, ſed ſuo quisque Domino territoriali fidelitatem jurent; & WIPPO eos ſolummodo nominet, qui Imperatori ſine medio ſuberant; neque horum Nobilium medioxumorum facere potuit mentionem; ſed apud eum ſequuntur.

Milites gregarii, quorum ſola nominatio indicat, ſub iis intelligendos eſſe *Imperii Miniſteriales*. Vide DE PLOENNIES cit. Diſſ. de Miniſterial. p. 36. 42. GLAFFEY de Miniſterial. p. 91. ſeqq. Prout & in SPECULO noſtro ſequens *ſextus clypei feudalis ordo* Miniſterialibus tribuitur.

Tandem apud WIPPONEM ſeriem claudunt: *Omnes Ingenui, qui alicujus momenti ſunt, die da nicht allein vor ſich freywaren, ſondern auch freye, und dem Reich unmittelbar unterworfene Land- und Feldgüther beſaſſen, ſive: qui non ſolum pro ſua perſonā erant liberi, ſed & libera, Imperiove immediate ſubjecta poſſidebant prædia.* Uti, vi SPECULI noſtri, *in ſeptimo & ultimo clypei feudalis ordine ſunt omnes, qui non proprii, ſed liberi, & legitimorum inſuper erant natalium.*

Amborum hicce SPECULORUM conſenſus cum relatione WIPPONIS nos quoque docet, multo probabilius eſſe, Auctorem SPECULI SAXONICI ſuam diviſionem ex ipſa Imperii conſtitutione deſumſiſſe, quam ex Jure Longobardico mutuaſſe, prout GLAFEIUS de Miniſterialibus pag. 72. aliique nobis perſuadere conantur.

Sententiam Dni ESTORIS de clypeis feudalibus videas in ejuſdem Tr. de Miniſterialibus. cap. 5. §. 289.

Heerſteuer.

Eſt decima annuorum feudi redituum pars. Hanc ii præſtare tenebantur, qui ipſi non erant in expeditione, utpote feminæ & presbyteri inveſtiti. Jure feud. c. 39. item plurium Dominorum vaſalli, quoniam enim unum ſaltim in perſona comitari poterant in expeditione, reliquis loco ejus præſtare debebam *die Heerſteuer.* JURE FEUD. c. 59.

Heilige gewinnen.

Idem eſt ac: *Die Reliquien der Heiligen herbey ſchaffen.* Sanctorum reliquias adferre. JURE FEUD. c. 116. 118. §. 7. In præſtatione juramentorum reliquiæ exponebantur, ſive ſinui jurantis imponebantur, atque tum ſuper illis juramentum præſtabatur &c. MULLERI Theatrum Comitiorum ſub Friderico V. tom. I. pag. 334. Conf. Jus noſtrum PROV. c. 28.

Auf den Heiligen behalten. JURE FEUD. c. 116. §. 1. vi ſupra dictorum idem eſt, ac: *Einen eyd ſchweren, juramentum præſtare.* Vide & ſupra voce: *Bereden.*

Heimen. Heymen.

JURE PROVINC. c. 151. §. 26. pro: *zu ſich ins Hauß nehmen, heimführen. In domum ſuam recipere, domum ſecum deducere.*

Heimfart.

Abfindung von der Erbſchafft. Satisfactio hereditatis nomine: Ita JUS PROVINC. c. 267. §. 4. habet: *Das iſt eyn gemeyne heymfart zu geben,* pro: *Das iſt das gemeine oder ordinaire theil der Erbſchafft, damit man die Erben* (wegen des Hergewettes) *abfinden muß.* Sive: *Das iſt das gemeine Heergewett, das man denen Erben geben muß. Hæc eſt vulgaris ſive ordinariæ hæreditatis portio, qua hæredibus* (rerum expeditoriarum nomine) *ſatisfaciendum eſt.* Sive: *Hæ ſunt ordinariæ res expeditoriæ hæredibus præſtandæ.* Prout & SPECULUM SAXONICUM Lib. I. Art. 22. & WEICHBILD loco verborum hic allegatorum habent: *Dieſes iſt das gemeine Heergewett, welches man zu recht pflichtig iſt zu geben. Hæ ſunt res expeditoriæ, quæ debentur. Dieſes iſt ein gemein Heergewett binnen Weichbild zu geben. Hæ ſunt res expeditoriæ intra jurisdictionis provinciæ terminos ordinario præſtandæ.* WACHTERUS in Gloſſario voculam *Heim* deducit a particula locali, *am, circa, circum,* hodie *um.* Verum TEN KATE part. 2. pag. 643. exiſtimat illam deſcendere ab antiquo *Hem, Ham* ſive *Hæm contineo.*

Heimlich machen.

Pro: *Zahm machen. Cicurare.* JURE PROVINC. c. 365. KOENIGSHOVIUS eo etiam utitur loco *vertraut, familiar, familiaris, confidens.* Ita enim eſt apud ipſum pag. 105. *Wann ſii ihme heimelich was,* pro: *Dann ſie gieng gar familiar und vertraut mit ihm um. Valde enim familiariter eo utebatur.*

Heimſteuer.

JURE PROVINC. c. 303. *Das Heurathsgut, dos,* quam tum uxor marito, tum maritus uxori dare ſolebat. Imo apud remotioris ævi Germanos maritus uxori dotem proprie conſtituebat. Vide SCHILTERI Exercit. ad π. 36. §. 68. ſeqq. BALUZII Capitul. Reg. Franc. tom. I. pag. 37. §. 37. pag. 71. §. 55. pag. 115. §. 14. pag. 129. §. 7.

Heimſuchen.

Heiſt offentlicher gewalt, der jemand geſchicht, durch gewaltigen einfall in ſein Haus und Hoffe. Vis publica alicui illata per invaſionem violentam in caſtrum vel domum ejus. VOCAB. SAXON. Conf. Jus noſtrum PROVINC. c. 230. §. 2. DU FRESNE voce: *Heimſuchung,* neſcit, quam proprie ſignificationem huic voci tribuere debeat. Verum eorum ſaltim meminiſſe debebat, quæ jam antea ſub voce *Hamſoca* in medium protulit, tum nulla de ejus ſignificatione dubitandi ratio ipſi fuiſſet reliqua. Ibidem enim ipſe obſervat: *Haimeſuckin* &c. SKENÆUS *vocem compoſitam ait ex Haimo, Domus, domicilium, & ſuchen, quærere vel perſequi.*

Hertzog.

Hanc vocem VOCABUL. SAXON. ita definit: *Hertzog heiſt der, nach dem ein Heer zeucht, und ſich nach ihme richtet. Dux eſt, quem exercitus ſequitur, eique paret.*

De JURE noſtro PROVINCIALI cap. 20. & 43. denotat *einen Herren oder Fürſten, der die höchſte Würde nach der Königlichen beſitzet, und mehr als ein anderer Fürſt iſt. Dominum vel Principem, ſumma, poſt Regalem, dignitate fulgentem, cæterosque Principes antecellentem.* WIPPO loco ſub voce: *Heerſchild* citato Ducibus prælationem præ ceteris Principibus pariter tribuere videtur: ibi enim ita: *Duces & reliqui Principes.*

Originem vocis *Hertzog, Dux,* quod attinet, WACHTERUS in Specimine Gloſſarii autumat, eam eſſe compoſitam ex *Her, exercitus,* & *ciuhan, zeohan, zihan, ducere, nutrire, domare. Hinc totum compoſitum ſignificare poteſt domitorem, nutritorem,*

tritorem, & ductorem exercitus. Domat autem disciplina, nutrit stipendio, ducit jussu & exemplo. Inde est, quod illum unum omnes sequuntur & unius dicto omnes sunt obtemperantes, quia scilicet omnes ab uno nutriuntur, & in fide militari continentur. Et hæc conjuncta conveniunt etiam Ducibus veterum Germanorum, quorum disciplinam & munificentiam & virtutem passim commendat TACITUS, *& inprimis cap.* 12. *&* 14. *de Moribus Germanorum. De tali vero Duce dixeris, quod dixit* VIRGILIUS *de suo:*

Agmen agit magnum, magnique est agminis instar.

Id quod voce germanica, cujus sensus tam opulentus est, puchre admodum exprimitur. Hujusmodi composita, in zoho vel zogo desinentia, reperiuntur apud veteres plura: e quorum numero est magozogo, rector pueritiæ, in Epinicio Ludovico R. Francorum acclamato (x). *Olim erat nomen officii & imperii militaris* &c. Et sane hæc derivatio maxime esset commendanda, modo probare posset, veteres Germanos Belli Duces sive Imperatores nominasse *Hertzogen.*

BESOLDUS cum pluribus aliis, quorum partem haud modicam allegavit PFEFFINGERUS ad Vitr. Lib. I. tit. 16. §. 10. lit. (a) pag. 30. tradunt, compositum esse ex *Herr* & *zug*, *Hertzog*, quasi *ein Herr des zugs*, *Dominus Exercitus.*

Hæc autem derivatio Dn. HEUMANNO minime probatur, qui in Poecile tom. I. Lib. 1. p. 65. recentissimam est commentus, circa quam eruditorum paucos assensum sibi denegaturos sperat, videlicet: Terminationem vocis *Hertzog*, sive *Hertock*, *Hertog*, prout veteres pronunciassent & Batavi adhuc pronunciarent, nihil esse aliud quam ipsam voculam *Dux*, quam Galli *Duc* &c. veteres autem Germani *Dok* vel *Duc* reddidissent, atque ita in linguam suam recepissent &c. Atque adeo *Hertock* nihil aliud esse, quam *Heer-Duc*, i. e. *Heerführer*, *Generalissimum.*

Verum mihi videtur hanc Dni HEUMANNI novam inventionem fundamento æque destitui, imo adhuc minus probabilem esse, quam BESOLDI opinionem. Utræque derivationes falso innituntur suppositio, *Belli Ducem* germanice dici, *Ein Hertzog*, quod vero a nemine, quantum quidem scio, unico saltim exemplo hucusque probatum est. Minime nego, *die Hertzogen* quandoque etiam *belli Duces*, *Generalissimos* apud veteres Germanos fuisse, sed hoc tantum, eos intuitu hujus officii nominatos esse *Hertzogen*, cujus eo major mihi est ratio, cum vocabula *Feldherr*, *Oberster Feldherr*, *Hauptmann* (y), *Oberster Feldhauptmann* (z), quibus *Belli Duces* lingua Germanica nominari solebant, cuique sint comperta.

Vox *Hertzog*, *Herizohe*, *Herizogo* composita potius videtur ex *Her*, *Heri*, *Herist*, *primus prior*, *superior*, *supremus*, (A) & *Tougen*, *Theogan*, *valere*, *excellere*, *præstare*. *Tog*, *Togta*, *Dogta*, *valor*, *excellentia*, *præstantia* (B). *Hertzog*, *Excellentissimus*, *Præstantissimus*, *Valentissimus*, & quoniam in hac voce non tam ad *præstantiam animi & corporis* quam *virium & potentiæ* respicitur, vox *Hertzog* in proprio suo sensu designat *Potentissimum*, *den ersten*, *den öbersten*

an

(x) In SCHILTERI Thesauro tom. 2. pag. 9. vers. 8.

(y) Ita apud KOENIGSHOVIUM pag. 32. extat: *Hector der troyer Hobetman*, *Agamemnon der Kriechen Hobetman. Hector Trojanorum Dux*, *Agamemnon Dux Græcorum.*

(z) Vide DATTIUM de Pace publica p. 449. princ.

(A) SCHILT. Glossar. voce: *Her.*

(B) IBID. voce: *Diuhen.*

an Macht und Gewalt, der Mächtigſte, der Fürnehmſte &c. (C). Cum igitur Principibus Germaniæ varii honoris & officiorum tituli tribuantur, aliis e. g. ſimpliciter Principibus, aliis Comitibus Palatinis, aliis Comitibus limitaneis, ſive Marchionibus, aliis Comitibus provincialibus nominatis, vero eſt ſimile, primos & potentiſſimos inter eosdem titulum Ducis adfectaſſe & adſciviſſe, hoc indicaturos, præcipuos ſe eſſe & potentia præpollentes inter Principes, atque proœdriam primumque locum præ ceteris ſibi competere.

Quo vero prædicta vocis *Hertzog* origo extra omne dubium collocetur, eandem in antiquorum majorum noſtrorum loquendi modis fundare conabimur. OTFRIDUS nobis eos ſuppeditabit, non ſolum *Primum inter Sacerdotes*, ſive *Summum Pontificem*, ſed & *primum Imperatoris Miniſtrum*, *Provinciæ Præſidem* Pilatum titulo *eines Hertzogen* inſigniens: Ita enim apud eundem Lib. 4. c. 16. verſ. 21. 22.

Er ſliumo ſar tho zi imo nam
thes ſelben Herizohen man.
Iſte ſtatim tunc ſecum ſumſit
Ipſius Principis (ſcil. Sacerdotum) *viros.*

Et LIB. 4. cap. 20. verſ. 3. & 4.

Ther Biſcof Kaiphas was thar,
joh ther Herizogo in war.
Pontifex Caiphas erat ibi
atque Præſes revera (Pilatus).

Pariter LIB. 4. c. 23. verſ. 79. 80.

Ther Kuning himilisgo in war
themo Herizohen thar:
Jh ſagen thir &c.
Rex ille cœleſtis revera
Præſidi (Pilato) *ibi:*
Ego dico tibi &c.

Hæc ſufficiant de propria vocis *Hertzog* ſignificatione. Equidem ſperaveram, fore, ut ſolidi quid de ea invenirem in SCHILTERI Gloſſario: ſpe vero mea ſum lapſus.

Heſchen.

Pro: *nieſſen, frui.* JURE FEUDALI c. 129.

Hintz. Hinz.

Pro: *Himzu, ad.* JURE FEUD. poſt cap. 173. §. 22. & poſt c. 190. §. 2.

Hochzeit.

Dies ſolennis, Feſt- und Feyertag. JURE PROVINC. c. 285. §. 2. & CAP. 16. extat: *Die drey hochzeit. Weinacht Oſtern und Pfingſten, tres dies feſti, Natalium Chriſti, Paſchatis, & Pentecoſtes.* Vide SCHILTERI Gloſſar. voce: *Hoh.*

Hoff.

Reichstag, Wahltag, Landtag, Gerichtstag &c. *Comitia, dies electionis, diæta provincialis, judicium* &c. JURE PROV. c. 22. §. 3. 26. 43. JURE FEUD. cap. 115. BESOLDUS, hac voce: HEIDERUS in deductione Lindavienſi. pag. 732.

Hoffrecht.

Dicitur: *Was bey Hoff gebrauch und manier iſt, quod moris eſt & conſuetudinis in Curia.* Hoc quatuor officiales Palatini, Dapifer, Mareſchallus, Camerarius & Pincerna, officio ſuo fungentes, obſervare debebant.

Hoffſpeiß.

JURE PROVINC. cap. 267. §. 4. In SPECULO SAXONICO vocatur: *Mußtheil.* Comprehendit *panem, cereviſiam, carnes*, cetera. GLOSSA SAXON. Lib. 1. Art. 22. VOCABULAR. SAXON. dicit:

(C) Ad hanc vocis *Hertzog* derivationem anſam nobis dederunt GUNDLINGIANA XXXVI. pag. 84. antea, quod ad poſteriorem ejus partem, cum WACHTERO loc. ſupr. cit. & TEN KATE tom. 2. pag. 453, opinantibus, eandem a *teogan, tiuhan, Ziugan, Zeohan* &c. *ducere*, Tog, Zog, Zug, *ductus, linea, ordo* deducendam eſſe, nec *belli ducem*, ſed *virum primarium, virum primi ordinis, virum qui reliquos præcedit, einen Mann, der den Vorzug vor andern hat, der ihnen vorgehet*, uno verbo *den Vornehmſten* denotare. Utræque derivationes ad idem redeunt, utram elegeris, invenies, vocem *Hertzog virum inter reliquos præeminentem* deſignare.

dicit: *Mustheil heiſt alle ſpeiſſe, die geſamlet iſt in eines Mannes Hoffe zu einem halben oder gantzen jahr, und die überbleibt nach dem dreyſigſten.* Id eſt: *Mußtheil ſunt omnia eſculenta, quibus alicujus domus eſt proviſa ad integrum vel dimidium annum, poſt triceſimum reliqua.*

Hoffwart.

Ein hund ſo das haus beſcützet und hütet. Canis domum cuſtodiens & defendens. JURE PROVINC. c. 369. §. 7. In LEGE BAJUVARIORUM tit. 19. §. 9. reperitur: *Si canem, qui curtem domini ſui defendit, quem hovauvart dicunt, occiderit* &c.

Huld. Huld ſchwören.

JURE FEUD. c. 5. 118. §. 3. & 7. JURE PROVINC. c. 46. *Homagium. Jurare fidelitatem.* Vide SCHILTERI Comment. ad cap. 4. J. F. Alem. §. 6. ſeqq. BESOLDUS voce: *Huldigung.* HERTIUS de ſubjectione territor. §. 13.

Bey des Herrn Hulden, iſt ſoviel als: bey den Eyden und pflichten, ſo einer dem Herrn geſchworen hat. Id eſt: *Bey des Herrn Hulden idem eſt ac: per homagium domino præſtitum.* VOCAB. SAXON.

Bey des Königs Hulden. Das iſt bey den pflichten und Eyden, ſo man dem König gethan hat. Id eſt per homagium Regi præſtitum. VOCAB. SAXON.

I.

Icht.

Alias vulgo ſignificat *etwas*, aliquid; ſed in JURE noſtro PROVINCIALI cap. 267. §. 1. Denotat *nichts, nihil.* Et SCHERZIUS in notis monet, hoc ſenſu multis aliis in locis id reperiri.

Jehen.

Sagen, bekennen, bejahen &c. *Aſſerere, confiteri, affirmare* &c. JURE PROVINC. c. 88. §. 3. Vide TEN KATE tom. 2. pag. 645. SCHILTERI GLOSSARIUM voce: *Gehan.*

Jemer.

Pro: *Immer, ſemper.* JURE FEUD. c. 57. Lit. X. Vide SCHILTERI Gloſſarium voce: *Jamer.*

Jemittne.

Gegenwartig, dazumal, zu der zeit. *Inpræſentiarum, tum temporis, illo tempore.* JURE PROVINC. c. 41. §. 4. 59. &c. & c. 379. eſt *enmitten.* Vide quoque ſub voce: *Mitten.*

Ingewürtet.

Pro: *Ingeantwortet, überantwortet, übergeben, traditus.* JURE PROVINC. in SCHILTERI Theſauro c. 226. §. 7. hic poſt c. 190.

Joch.

Auch, ſchon, doch &c. *Etiam, jam, tamen.* JURE PROVINC. c. 50. 198. §. 3. 355. JURE FEUD. c. 28. 109. §. 2. OTFRIDUS eo frequentiſſime eſt uſus.

Irren.

Hindern, verhindern. Impedire. JURE PROVINC. c. 106. §. 5. 310. 316.

Jüngſt.

JURE PROVINC. c. 351. Lit. (f) pro: *Letzt. Nuper.* Vide SCHILTERI Gloſſarium voce: *Junger.*

K.

Kampf.

Iſt nichts anders, denn da einer ſein recht auf die fauſt ſetzt, und ſicht um eine ſache zum glücke, auff gewinn oder verluſt, welches vor zeiten bey den Sachſen in ſteter übung geweſt, iſt hernach kommen auf ſiebener Manne Gezeugnis, ohne in dreyen ſtucken. LIB. I. ART. 39. IN GLOSSA & ART. 63. EOD. LIB. *Die Artickel, ſo hin und wieder von Kampf in Sachſen rechten reden, ſind nicht mehr in Uebung, ſondern wo man einen um Kampf hat angeſprochen, den hat man hernach überzeuget mit ſieben Mannen.* LIB. I. ART. 39. VOCAB. SAX. Hoc eſt: *Kampf nihil aliud eſt, quam ſi quis jus ſuum in manu collocat, & pugnat de aliqua cauſa prout*

ſert

fert fortuna, ſcil. ut vel vincat, vel vincatur; id quod Saxonibus olim in perpetuo fuit uſu; ejus in locum poſtea ſurrogatum eſt ſeptem virorum teſtimonium, exceptis tribus caſibus &c. Articuli Juris Saxonici de duello paſſim loquentes in deſuetudinem abierunt, & provocatus olim ad duellum poſtmodum ſeptem virorum teſtimonio convictus fuit. &c.

Kæmpflich grüſſen heißt einen auf leib und leben anſprechen, und beklagen, mit ihme um ſein gebührlich recht zu fechten, und das iſt ſoviel als peinlich klagen. VOCAB. SAXON. *Kæmpflich grüſſen ſignificat convenire aliquem & provocare, ut de jure ſibi competente ſecum pugnet ad corpus & vitam, & hoc idem eſt, ac criminis aliquem poſtulare.*

Kæmpflich anſprechen iſt ſoviel als ſchändlich und läſterlich anſprechen, als ob einer ſagt, du biſt mein Dieb LIB. I. ART. 62. IN GLOSSA. *Derohalben kämpflich, das iſt ſchändtlich.* VOCAB. SAXON. *Kæmpflich anſprechen eſt turpis facti vel crimini aliquem incuſare, ut ſi quis dicat: Tu es fur meus. &c. Kämpflich igitur dicitur turpiter. &c.*

Kæmpflich fürladen, das iſt mit Zettergeſchrey. Vocare aliquem ad judicium criminale per proclamationem. LIB. 2. ART. 8. VOCAB. SAXON.

Kampffer wunden. Vide *Wunden.*

Jam ſtrictim quoque trademus, quæ SPECULUM noſtrum SUEVICUM de duellis & judiciis duellicis tum temporis ſolitis paſſim annotavit.

Primo quidem obſerves, ejus temporis duella & pugnæ ab hodiernis in eo diſtuliſſe, quod hæ absque conſenſu Magiſtratus, & contra leges fiant; illæ autem cum ejus conſenſu, & legibus convenienter peragerentur. JURE PROVINC. c. 171. ſeqq.

Secundo: Duellum non de quavis levi cauſa, ſed de tali ſaltem admiſſum fuiſſe, quæ corpus, vitam aut honorem concernebat: E. g. de *fractione pacis & perfidia*, de *rapina* aut *vulneratione* in via publica. JURE PROVINC. c. 171. 190. de *homicidio*, de *vulneratione*, *quæ nervorum reſolutionem inducit*, de *vulneribus verchwunden*, (VOCAB. SAXON. *Kämpfer-Wunden*) *dictis.* De aliis levibus vulneribus duellum non erat licitum. JURE PROVINC. cap. 172. §. 2. *De fractione fidei & perjurio*, JURE PROVINC. c. 137. *De incuſatione rapinæ & furti.* JURE PROVINC. c. 155. §. 3. 164. §. 3. 211. De *incendio, ſtupro violento, veneficio* &c. JURE PROVINC. ex Edit. SCHILTER. c. 228. hic poſt c. 190. & id genus aliæ *vitam* vel *honorem* concernentes cauſæ.

Tertio: duellum eo tantum caſu admittebatur, cum factum vel incuſatio neque teſtibus, neque alio legitimo modo probari poſſet. JURE PROVINC. c. 164. §. 3. 168. §. 2. 190. 211.

Quarto: Ille, qui alterum provocabat ad duellum, huic, quem provocabat, ordine par, vel eo ſuperior eſſe debebat. Si vero provocans erat ordine inferior, provocatus non tenebatur ad duellum cum ipſo ineundum, ſed jure id poterat recuſare. JURE PROVINC. c. 155. §. 3. 167. §. 2. 171. §. 3. excepto caſu homicidii, hoc enim prædicta exceptio provocato non proderat, ſed vita pro vita erat ponenda, adeoque duellum recuſare ipſi non erat integrum. JURE PROVINC. c. 53.

Ex eadem quoque ratione Judæus Chriſtianum ad duellum provocare nequibat. Si vero provocans eſſet Chriſtianus, Judæus duellum renuere non poterat. JURE PROVINC. c. 349. §. 7.

Præterea ſi *ein Kämpffreier*, vel uti GOLDASTUS habet *Semperfreyer*, *Imperii Baro*, Parem ſuum ad duellum provocabat, ad nominandos ipſi, hoc poſtulanti, quatuor adſcendentium ſuorum gradus obſtringebatur: ſi vero hoc recuſaret, provocatus ad duellandum cum ipſo non cogebatur. JURE PROVINC. c. 53. Sine dubio, ut certus eſſet, provocantem ordine & dignitate ſibi eſſe æqualem.

Pariter nullus extra patriam duellum inire erat obligatus. JURE PROVINC. C. 113.

Porro si provocatus & provocans consanguinitate usque ad quintum gradum inclusive essent conjuncti, provocatus ad duellum compelli non poterat. JURE PROV. C. 171. §. 4. Si alter alterum ob homicidium ad duellum provocaret, reus etiam non erat obstrictus ad pugnandum cum illo, nisi occiso quinto ad minimum consanguinitatis gradu esset conjunctus. JURE PROVINC. C. 168. Relicta tamen vidua, si hoc non esset, ipsa ad duellum se offerre poterat. JURE PROVINC. ex Edit. SCHILT. C. 229. hic post C. 190.

Tandem si quis ad duellum provocabatur, qui ob adversam valetudinem, vel alios corporis defectus ad pugnandum non erat aptus, huic licebat alium in locum sui substituere, & per hunc duellum peragere. JURE PROVINC. C. 175.

Quodsi itaque supradicta omnia secundum Legum dispositionem se haberent, duellum a judice permittebatur, partibusque præfigebatur terminus, intra quem se ad hoc præpararent. Provocans insimul & provocatus sidejussores dare debebant de eo, quod justo tempore essent comparituri. JURE PROVINC. C. 171. §. 1. 173. §. 2.

Hunc vero terminum Judex determinabat secundum personarum conditionem & dignitatem. Liberis Dominis, sive Imperii Baronibus, terminus dabatur ultra sex hebdomadas; Nobilibus medioxumis, ultra quatuor hebdomadas; Ministerialibus, ceterisque omnibus, ultra duas hebdomadas. JURE PROVINC. C. 174. §. 2.

Judex insuper partibus pacem imperabat usque ad diem præfixum servandam. Quodsi interea alter pacem frangeret contra alterum, ille judicabatur æque ac si duello fuisset victus. JURE PROVINC. C. 176.

Die denique ad duellum præfixo illucescente, ambabusque partibus comparentibus, omnia secundum cujusque regionis mores ad illud præparabantur. Hæc secundum SPECULUM nostrum præcipue consistebant in sequentibus:

Primo Judex utrique parti præponebat virum curam habiturum, ut de consuetudine se vestirent, ne alter præ altero hoc nomine conditione gauderet meliore. Vestimenta coriacea & lintea pro subitu induere poterant. Caput autem & pedes nudi esse debebant. Tunicæ, quibus erant induti, non debebant esse manicatæ. Manus tegere licebat tenuibus chirothecis coriaceis. Manibus tenebant strictum gladium & scutum rotundum ligneum, in quo præter lignum, ossa & corium nihil erat, nisi pro loci consuetudine uterentur parvo scuti genere, *Buckler* nominato, quod licebat habere ferreum. Præterea cuique integrum erat, cingulo unum aut duos gestare gladios, prout ipsi convenerant; sed ligaturæ vaginarum horum gladiorum debebant esse præruptæ. Id quod quasi publicum erat indicium, duellum ipsis fuisse permissum.

Ante vero quam duellum caperet initium, partes adhuc judici sistebantur, juraturæ, altera quidem: Verum esse factum, cujus alterum reum postulaverit; altera, se esse innocentem, & ut Deus ita illas adjuvet in duello. Interea claudebatur circus viginti aut viginti quinque pedum, pro more cujusque regionis, in quo inter se pugnare debebant, & ex illo fugiens victus censebatur.

Deducti itaque in hunc circum, id quod ante meridiem fieri debebat, ita contra se invicem collocabantur, ne sol alteri præ altero esset molestior. Circumstantibus quoque sub pœna capitis pax imperabatur, & ne quis duellantibus esset impedimento.

Tum duellum incipiebat. Utrique tamen adjungebatur vir a judice, longa pertica instructus, qui illam inter pugnantes protendebat, si alteruter caderet, aut vulneraretur, aut perticam, ut ei paululum inniteretur,

teretur, expeteret. Quodsi lapsus resurgere poterat, hoc ipsi erat permissum; sin minus, victus erat, hocve duellum finitum, & judicabatur ac si facto, cujus fuit incusatus, convictus esset.

Qui ex duellantibus primus circum intrabat, si adversarius ejus nimis diu cunctaretur, nuncium judicii rogare debebat, ut illum ad se vocaret, qui hoc etiam peragere debebat sequentibus verbis, & quidem ante domum in qua ille se armare debebat: *Voco virum N. prima, secunda, tertia vice.* Quodsi vero hac citatione non attenta non compareret, hæc ante circum repetebatur. Si nec tum se sisteret, ille eum expectare debebat usque ad meridiem, si non venisset, qui in circo erat, surgens duello se offerebat, duobus ictibus aerem, tertio terram feriendo, & prout ventus flabat, contra illum consistens gladium vagina recondebat. Atque hoc ipso adversarium vicerat æque, ac si cum eo pugnasset.

Ita etiam res se habebat, alterutro in termino præfixo penitus non comparente. Quodsi vero haberet amicum coram judice se sistentem, & duello pro absente suo amico peragendo se offerentem, alter hunc admittere debebat, si contra ejus personam nihil excipere posset. Hoc non facto, non comparens a judice confestim proscriptus pro perjuro & infami declarabatur, bonis suis, allodiis & feudis ipsi abjudicatis & ablatis. JURE PROVINC. c. 172. 173.

Formula, qua in judicio duellico Franconiæ in proscribendo non comparente utebantur, apud Goldastum in Constitut. Imperial. part. 1. p. 238. sonat, ut sequitur:

N. als dich N. nach Kampfrecht und Franckenrecht geheischen und gefordert hat, und wir dir darumb geschrieben und Rechtstage gesatzt haben, alsdann mit urtheil ertheilt ward, daß du alles verschmehet hast. Und uff solche forderung aussen blieben, und unserm gebot widersessig und ungehorsam gewesen und noch bist, das urtheilen wir, und Achten dich, und nehmen dich von uns aus allen rechten, und setzen dich in alles unrecht, und wir theiln deine Wirthin zu einer wissenhaftigen Wittwen, und deine Kinder zu ehehaftigen Weissen, deine Lehen dem Herrn, von dem sie zu Lehen rüren, dein Erb und eygen deinen Kindern, deinen Leib und dein fleisch den thieren in den Wälden, den vögeln in den lüfften, und den fischen in dem Wege. Wir erlauben dich auch menigklichen uff allen strassen, und wo ein jeglich Mann fried und gleid hat, da soltu keins haben, und wir weisen dich die vier strassen der welt, in dem nahmen des Teuffels bey den Eyden in der sach. Hoc est: *N. Posteaquam N. secundum jura circa duella statuta & jus Franconicum te provocavit, nosque hoc nomine tibi scripsimus & terminos judiciales præfiximus: sententia est decisum, quod hæc omnia contemseris, at ue ad hanc citationem non comparueris, nostroque præcepto refractarius & inobediens fueris & adhuc sis. De hoc judicamus, teque proscribimus, ex societate nostra te ejicientes, omnique jure privatum omni injuriæ exponentes, uxorem tuam viduam notoriam judicamus, & liberos tuos orphanos legitimos, feuda tua adjudicamus Domino, a quo illa tenes, acquisita, & allodia tua liberis tuis, corpus & carnem tuam feris in silvis, avibus in aere & piscibus in aqua. Cuicunque etiam te permittimus in omnibus viis, & ubi quisque pace gaudet & comitatu, ibi tu illis careas, & relegamus te i quatuor mundi plagas, in nomine diaboli, per juramenta in causa præstita.*

Verum pene fuissem oblitus unius adhuc causæ faciendæ mentionem, ob quam duellum quandoque admittebatur. Ita enim Jus nostrum PROVINCIALE c. 110. §. 2. statuit. *Umb ein yegklich urteyle mag man nicht gefechten wann vor dem gericht;* vel uti SPECULUM SAXONICUM melius habet, Lib. 2. Art. 12. *Umb ein urtheil mag man nirgens fechten, dann vor dem Reich.* De *sententia duellum nullibi est permissum, nisi coram Im-*

perio.. Videlicet, si sententia ad Imperatorem & Imperium usque traheretur, nec ibidem de ejus validitate aut invaliditate convenire possent, definitiva quandoque collocabatur in duello. Ejusmodi duelli exemplum memorabile narrat WITICHINDUS Annal. Lib. 2. SIGEBERTUS GEMBLACENSIS ad annum 942. &c. unde id petiit LEHMANNUS & Chronico suo Spirensi inseruit, cujus verba hic subnectere non abs re esse judico:

Umb diese zeit ist im Reich in Erbschafft hin und wieder streitigkeit in solchem fall entstanden: Wann ein Vater Erben gehabt, die sich verheyrath, und in der Ehe Kinder erzeugt, deren Vater bey leben des Altvatters todts verfaren, ob die Enckel den Altvatter beneben ihren Vettern oder Vaters brüdern sollen erben? Der mehrer theil hats dafür gehalten, daß die Enckel an ihres Altvattern nahrung kein theil haben, sondern die Söhne allein so noch vorhanden, der Erbschaft fähig seyen. Dieser irrung und Zwietracht, daher viel klag und blut vergiessen erfolgt, mit rechtmässigem entscheid abzuhelffen, hatt Kayser Ott ein allgemeine Reichsversamlung ins Dorff Strela lassen verkündigen, und daselbst des Reichs Ausschuß und Schiedsmännern über angeregte frag sich zu berathschlagen, und was sie billich befunden, in gemeiner Versamlung zu eröfnen befohlen. Nach gehabtem reiffem rath haben die Schiedsmänner dem Kayser und ständten ihren entscheid und ausschlag fürgetragen, und dahin gestellt, daß die Kindtskinder ihren Eltern gleich, und an derselben statt eines stammes und nahmens mit ihren Vätern seyen. Und derhalben der Erbschafft ihres Altvattern nach dem stamm von rechtswegen fähig. Mit diesem ausspruch hat Kayser Otto nicht gesättigt seyn wollen, sondern damit niemand zu zweiffeln, ob berührter Entscheid das gründliche Recht sey, etliche tapffere Ritter erwehlt, die durch offentlichen Kampff solten bestreiten, ob von den Schiedsmännern recht oder unrecht in angeregter frag gesprochen. Als die Fürsten und Ständte des Kaysers fürschlag bewilligt, und die erwehlte Ritter zu beyden theilen gegen einander zum streit und kampff kommen, hat der theil obgesiegt, welcher der schiedlichen Richter ausspruch verfochten. Darauff der Kayser, sambt Fürsten und Ständen, denselben als ein gesätzt bestätiget, und im gantzen reich zu halten befohlen.

Hoc est: *Circa hoc tempus in causis hereditariis controversia in Imperio passim hoc casu est suborta: Si pater habuerit heredes, qui matrimonium ineuntes liberos procreassent, quorum pater, avo superstite, decesserit, an nepotes una cum suis agnatis sive patruis avi heredes esse debeant? Major pars existimavit, nepotibus in avi bonis nihil juris esse, sed solos filios superstites hereditatis esse capaces. Hanc controversiam & discordiam, unde multae calamitates & sanguinis profusio ortae sunt, legitima decisione sopiturus Otto Imperator, universalia Imperii Comitia ad pagum Strelam convocavit, ibique Imperii Deputatos & Arbitros jussit, de praeallegata quaestione deliberare, & quod aequum ipsis fuerit visum in pleno Consessu proferre. Arbitri habita matura deliberatione Imperatori & Statibus decisionem suam retulerunt, eo tendentem, quod nepotes parentibus sint similes ejusdemque originis & nominis cum patruis suis: atque adeo hereditatis avitae secundum stirpes de jure capaces. Hac sententia Imperatori non fuit satisfactum; verum ne cui dubium superstit, illam in jure esse fundatam, ipse aliquot fortes equites elegit, publico duello decertaturos, an in memorata quaestione ab arbitris juste aut iniuste fuerit pronunciatum. Cum Principes & Status Imperatoris propositionem approbassent, & electi Equites ab utraque parte ad duellum & pugnam devenissent, ea pars victrix decessit, quae Arbitrorum sententiam propugnavit. Quo facto Imperator cum Principibus & Statibus eandem in vim legis confirmarunt, in toto Imperio servandam.*

Aliud exemplum reperimus in CHRONIC. ABBAT. URSPERG pag. m. 310. *Ast Imperator* (Fridericus)

dericus) *ipsum Ducem* (Henricum Leonem) *frequenter evocat ad Curiam ad objecta responsurum. Ubi quidam Principes & Barones, fautores Ducis, more Teutonicorum, qui sine lege & ratione voluntatem suam pro jure statuentes, contra Imperatorem hoc jus tenere volebant, ut Imperator Ducem condemnare non posset, vel terras suas abjudicare, nisi infra terras Ducis placitum statueret. Porro quidam Nobilis exurgens in medium, proposuit, quod lege duellionum, quod & lege & ratione firmatur, hoc vellet obtinere, contra quemlibet secum pugnare volentem, quod Imperator quemlibet Principem posset evocare pro justitia ad locum quemcunque vellet, infra terminos sui Imperii existentem. Cumque nullus isti se offerret ad pugnam, edicto Imperatoris præfata sententia pro jure perpetuo statuta est* &c.

Plura scire avens de duellis & judiciis duellicis veterum inter alios adeat sequentes Autores: EPHR. GERHARDUM Diss. de judicio duellico vulgo *vom Kampf- und Kolben-Gerichte.* Jenæ 1711. CHR. NETTELBLADT Diss. de Probationibus, Grœningæ 1724. CORN. VAN ALKEMADE Behandelinge van't Kamprecht. Delftæ 1699. ANDR. RIVINUM Diss. de more, quo veteres innocentiam suam per duella probare nitebantur. Lips. 1649. BURGERMEISTERUM *im Grafſen- und Ritterſaal* part. 2. sect. 28. SCHOTTELIUM de singularibus & antiquis quibusdam Germaniæ juribus cap. 28. DATTIUM de pace publica Lib. 1. c. 1 ADLZREITTERI Annales part. 1. Lib. 6. p. 138. MÜLLERI *Reichstags-Theatrum unter* FRIDERICO V. *Erſte Vorſtellung* c. 7. p. 103. DU FRESNE voce: Campio, duellum, HAUSCHILDII *Gerichts-Verfaſſung der Teutſchen* p. 73. aliosque allegatos a CRAMERO Tr. de juribus Nobilitatis avitæ pag. 397.

Ordinatio de duellis Judicii provincialis Franconiæ extat apud GOLDASTUM in Constitut. Imperial. part. I. pag. 236. Conf. pag. 314. & *Constitut. de duellis Burggraviatus Norimberg.* part. 2. p. 85.

Kämpfer.

Erant vagabundi pro mercede inter se digladiantes. Quondam etiam nuncupabantur *Katzenritter*, uti ZOBELIUS in not. ad Lib. I. Art. 37. JURIS PROVINC. SAXONICI observat. Conjecturam THOMASII, quare nomine *der Katzenritter* sint insigniti videre licet in ejusdem Diss. de Noricorum causis adimendi legitimam. Infames habebantur. JURE PROVINC. c. 415.

Quodsi alius vir pariter infamis e. g. fur vel raptor iterati furti vel raptus postularetur; hicve se offerret ad innocentiam suam per duellum probandam, ad hoc adhibebant ejusmodi Campionem, cum quo inculpatus pugnare debebat. JURE PROVINC. c. 210.

Utebantur tamen voce *Kämpfer* sive *Kempe*, *Campio* in bono etiam sensu. Ita e. g. in *Chronico rhythmico Principum Brunſuicensium* apud LEIBNITIUM tom. 3. *Script. Brunſw.* pag. 40. de Imperatore LOTHARIO, tum adhuc Comite Supplinburgico, prædicatur:

He was eyn Förſte üterwelt
Unde an döget eyn manlik helt
Rechte eyn Kempe unvorhoven
&c.
Hic Princeps erat egregius,
Et virtute ſtrenuus;
Verus heros, minime elatus.

Ubi LEIBNITIUS in adjecta nota vocem *Kempe* interpretatur per *Heroëm, pugnatorem.*

Plura de campionibus extant apud DU FRESNE voce: *Campio.*

Kebſe. Kebſsun. Kebſslich.

JURE PROVINC. c. 54. §. 7. *Kebskinder ſind uneheliche Kinder, oder die aus unrechte Ehe gezeuget ſeind. Kebskinder ſunt liberi vel extra matrimonium, vel ex illegitimo matrimonio nati.* VOCAB. SAXON.

Kebslich itaque significat, *in concubinatu, extra matrimonium,* aliis licet

licet deteriorem ſenſum huic voci tribuentibus: ita enim legitur in ZOBELII editione JURIS SAXONICI in Additionibus latinis ad Lib. I. Art. 51. Lit. e. *Das wörtlein K e b s heiſt huriſch, oder unehelich. Und eine K e b i ſ c h i n heiſt auf alt Sächſiſch eine offentliche hure, die ein jeden zulässet und einen um den andern verkauffet.* J. e. *Vocula K e b s ſignificat meretricius; ſive extra matrimonium. Atque K e b i ſ c h i n idiomate priſco Saxonico denotat meretricem publicam, quemvis admittentem, & alterum pro altero vendentem.*

Originem voculæ *Kebs* quod attinet, quidam putant, eam eſſe primitivum & deſignare *illegitimum*. Vide GEIERI Spicilegium Speidelio-Beſoldianum, hac voce. TEN KATE tom. 2. pag. 233. autumat, eandem deducendam eſſe a *Keſſen*, *gannire*, *latrare*, quod concubinæ variis controverſiis & rixis occaſionem dent, tom. 1. p. 221. Alii exiſtimant, quod deſcendat a *Kevie*, *Kawe*, *Cavea*, ut *Kebsmænner* & *Kebsweiber* notent *maritos*, *uxores clandeſtinas*, quæ in cavernis lateant, ceu Romani *fornicarias* a *fornice* denominarint. SCHILTERI Gloſſar. voce: *Kebeſen*. Conf. TEN KATE cit. pag. 233. WACHTERUS in Specimine Gloſſarii dicit: *Kebſen* ſignificaſſe: *allicere*, & inde derivandam eſſe vocem *Kebsweib* &c. Adhuc alii ejus originem quærunt in voce Kebſen permutare, Kebsweib, mulier campſaria, mutabilis, temporaria. Heumannus Poecile tom. 2. pag. 192. Hive poſteriores ex mea ſententia veritati proxime acceſſerunt, niſi quod furculum loco ſtirpis comprehenderint. Mihi videtur *Kebſen*, *permutare*, & *Kebſe*, *Kebsweib* unum cum altero deſcendere a *Gewiß*, *Kewiſſo*, uti veteres ſcripſerunt & pronunciarunt, *certus*: *Kebſen* enim, *permutare*, quid eſt aliud, quam *tradere rem certam*, *pro re certa*. *Kebsweib*, *certa mulier*, *femina*, *extra matrimonium uni ſe jungens viro*, *de qua hic certus erat*, *aut ad minimum cum aliis credebat*, *eam præter ſe neminem ſui copiam facere*, & propterea ejus Certa, *Kewese*, *Kewitſe*, *Chebiſa*, *Kebeſe*, *Kewiſe*, *Kebſe Kebsweib* vocata, in diſtinctionem meretricis, quæ quemlibet admittebat. Conſequenter *Kebskinder* etiam ſunt *Gewiſſe kinder*, *kinder*, *die da wiſſen wer ihr vatter iſt*, *an welcher wiſſenſchaft es hingegen denen Hurenkindern fehlet*, i. e. *liberi certi*, *ſcientes quis ſuus ſit pater*, *quæ ſcientia e contrario ſpuriis*, *vel vulgo quæſitis deficit*.

K e r r i e n.

JURE PROVINC. c. 163. §. 3. lit. (z). Ita apud REINECKE de Vos Edit. de anno 1711. pag. 19. extat:

Blek un mager is he van pynen
Hunger, dorſt, un ſware karynen
De lydet he nu vor ſyne ſunde &c.
Pallidus eſt & macilentus cruciatibus,
Fame, ſiti, & gravibus abſtinentiis,
Hæc jam ſuſtinet pro peccatis ſuis.

Et PAG. 25.

Hore gy wol, ywe Om, de Kluſener,
Wat karinen he vaſtet &c.
Audias recte, tuus patruus recluſus
Quot carenas ille jejunet.

C a r e n a, C a r i n a, *Quadrageſimale jejunium, ſeu publica pœnitentia ab Epiſcopo Clericis & Laicis, aut ab Abbate Monachis indicta, qua quis jejunare ſpatio* 40. *dierum tenetur* &c. DU FRESNE hac voce.

Keyn. Keynen.

Denotat in SPECULO noſtro ſæpius *Ein*, *Einen*. Vide JUS PROVINC. c. 54. §. 6. 65. 75. §. 2. &c. Ita etiam KOENIGSHOVIUS pag. 216. habet, *keinen weeg* pro: *einiges wegs*, *einiger maßen*, *ullo modo*. Ita in *Wenceslai Pace publica de anno* 1389. Art. 17. apud DATTIUM de Pace publica eſt *keine* pro: *eine*. Item ART. 18. 20. &c.

Kommen-

Kommenlich.

JURE FEUD. c. 143. §. 2. *Kommenlich bewaren*, pro: *behörig bewahren, wie es ſich gehört und gebührt bewahren. Convenienter, ſive prout decet, cuſtodire. Komelich, conveniens, congruens, commodus, aptus.* TEN KATE tom. 2. pag. 246. voce: *koom.*

Königsbann.

Pro: *Blutbann. Jurisdictio criminalis.* Vide ſupra ſub voce: *Bann.* Item: *Eine ſtraffe von ſechzig Schilling, die man dem König geben muſte. Mulcta ſexaginta ſchillingorum Regi præſtanda.* JURE PROVINC. cap. 2. Lit. (J).

Koenigsmalter.

Das ſind vor alters zwen und dreyſig ſchläge geweſt mit einer groſſen grünen Eichen ruthen, die man dem König ſonderlich gewettet hat umb eine begangene that, und das iſt der Frombotten gewette geweſt, wenn er jemand an dem rechten verſaumete. Königsmalter olim fuerunt triginta duo verbera, magna virga quercea viridi data, quibus quis Regis autoritate præcipue adſtigitur ob delictum commiſſum, & hæc fuit pœna nuntiorum judicii, cujusdam jus negligentium. VOCAB. SAXON.

Et idem VOCABUL. SAXON. ſub voce: *Malter*, tradit: *Ein Malter iſt ſoviel als zwey und dreyſſig an der zahl &c. Malter ſunt triginta duo numero* (ſc. verbera) Ratio, ob quam Judicii nuncii hac pœna adficiebantur reperitur IBIDEM Lit. (m).

Koenigs-Straſſen.

JURE PROVINC. cap. 236. *Das ſind alle Landſtraſſen, die ſollen ſo breit ſein, daß ein wagen dem andern geweichen möge. Sunt omnes viæ regiæ, hæ tantæ ſint latitudinis ut currus currui cedere poſſit.* VOCAB. SAXON.

Kracken.

JURE PROVINC. c. 356. §. 4. *Species canum venatoriorum.* Ambo CODICES & SPECULUM SAXON. Lib. 2. Art. 61. nominant eos *Bracken.* DU FRESNE voce *Bracco:* hanc reddit: *Canis ſagax, indagator* &c. Atque ita idem eſſet, quod alias dici ſolet *ein Spürhund.* TEN KATE tom. 2. pag. 135. dicit, nomen ſortitos eſſe a concavitate naſi, qui quaſi fractus eſſet. Conf. WACHTERI Gloſſarium voce: *Brack.*

Kräntzun.

Eine Krätz, Kötze, Corbis dorſuaria. Vide SCHILTERI c. 188. hic poſt c. 218. Lit. (x).

Kunne.

JURE PROVINC. in præfat. §. 1. Lit. (d). *Geſchlecht, genus, familia* &c. Vide SCHILTERI Gloſſar. voce: *Chunn.* Ejus origo a *kennen* videatur apud TEN KATE tom. 2. p. 227.

L.

Landtrecht.

Heiſt das, dadurch man alle Sachen und Contract entſcheidet, welche zu Lehen oder geiſtlichen recht zu entſcheiden ſich nicht gebühren &c. Landrecht ſive jus provinciale dicitur, ex quo omnes cauſæ & contractus deciduntur, quos ex jure feudali vel canonico decidere non convenit. VOCAB. SAXON.

Landrichter.

Ille nominabatur, qui in certa regione, provincia, Comitatu vel diſtrictu juſtitiam nomine & autoritate Cæſaris adminiſtrabat. De his vide HEIDERUM in Deductione Lindavica, BURGERMEISTERUM *im Graffen und Ritterſaal*, pag. 290. SCHILTER. ad cap. 44. J. F. Alem. §. 1.

Landſäſſen frey.

Landſeſſen ſind vor alters die geheiſſen geweſen, die auff dem lande in gemiehteten gütern geſeſſen, die man davon hat ſetzen mögen, wenn man gewolt hat, denn ſie haben kein eygen oder gut gehabt, und ſind ſchier gleich den laſſen geweſt, werden auch Bauergülten oder zinßleuthe genannt. Land-

ſeſſen olim dicti ſunt fundis ruſticis locatis inſidentes, quos quandocunque exmittere licebat, cum in fundis non haberent proprietatem, & manumiſſis ferme erant ſimiles, dicti etiam cenſitæ. Ut LIB. 1. art. 2. & LIB. 3. art. 45. in textu & gloſſa. VOCABUL. SAXON. *Freye Landſeſſen ſind, die da eigen geweſt und frey gelaſſen worden, und hernach auf dem Lande ſitzen. Freye Landſeſſen ſunt, qui proprii homines fuerunt & manumiſſi in agris reſident.* Ut LIB. 1. art. 16. & LIB. 3. art. 18. VOCAB. SAXON.

In JURE noſtro PROVINCIALI cap. 49. dicitur: *Gebauren, die frey ſeind, die heiſſen frey Landſäſſen. Ruſtici liberi dicuntur freye Landſäſſen.* Et CAP. 56. *Laſt ein Herr ſein eygen leut frey, der behebet frey Landſaſſen recht. Homo proprius a domino manumiſſus jura Landſaſſiorum liberorum acquirit.* Quæ THOMASIUS contra hæc monet, vide in notis ad cit. cap. 49.

Hi Landfaſſii liberi vocabantur etiam *Bargülden*: Ita extat in Privilegio FRIDERICI Imp. de anno 1118. Heroldo Epiſcopo Herbipolitano conceſſo apud MEICHSNERUM tom. 4. Deciſ. 10. pag. 136. *Hoc excepto, quod Comites de liberis hominibus, qui vulgo* BARGILDI *vocantur, in Cometiis habitantibus, ſtatutam juſtitiam recipere debent.* Conf. SCHILTERI Gloſſar. voce: *Bar.*

Laugen.

JURE PROVINC. cap. 116. §. 6. Lit. (E) pro: *Brennen, ardere. Lauga, flamma.* Vid. cit. LIT. (E) & SCHILTERI Gloſſarium voce: *Lauga.*

Ledigklich.

In JURE noſtro PROVINCIALI cap. 257. eſt: *Die ſein Vater eelich oder ledigklich hat gehebt*, pro: *Die ſeines Vaters Eheweib oder Concubin geweſen. Quæ patris ſui conjux vel concubina fuit.* Et CAP. 378. *Hatt aber ein Mann ein Frawen zu ledigklichen dingen*, pro: *Hat aber ein Mann eine Concubin. Si vero quis habeat concubinam.*

Lehen.

Heiſt, das von des Reichs güthern den Rittern gegeben iſt umb ihrer Dienſt willen, dem Reich davon zu dienen, und kommt von Leihen her. Lehen dicitur, quod de bonis Imperii Equitibus datur pro ſervitiis Imperio præſtandis, & derivatur a Leihen, concedere. VOCAB. SAXON.

Lehen ſinnen heiſt Lehen ſuchen und bitten. Petere inveſtituræ renovationem. VOCAB. SAXON.

Lehen rechts pflegen heiſt, da der Lehenherr dem Lehenmanne Lehen leihet oder Ihme in Lehensſachen Recht verhilfft und mittheilet. Dicitur de Domino feudi, vaſallum inveſtiente, vel in cauſis feudalibus ipſi jus dicente. VOCAB. SAXON.

Lehen auflaſſen iſt das Lehen dem Herrn mit aller gerechtigkeit übergeben. Feudum cum omnibus juribus Domino reddere. VOCAB. SAXON.

Erblehen heiſſen vätterliche und altvätterliche lehen. Feuda paterna & avita. VOCAB. SAXON.

Afftter Lehen, iſt, das einer von ſeinem Lehen fortan einem andern leihet. Quod quis de feudo ſuo, alii porro in feudum dat. VOCAB. SAXON.

Belehnte Richter, ſind die Fürſten, welche ihre Lehen, darinnen ſie gericht haben, mit fanen von Kayſer empfahen. Principes, qui de feudis ſuis, in quibus jurisdictione gaudent, ab Imperatore per vexilla inveſtiuntur. VOCAB. SAXON.

Lehens Gewehr heiſt die beſitzung, die einer an einem Lehen hat, das ihm geliehen iſt, und die behält auch der Herr auf dem Lehen ſtets in ſeinem gemüthe, ob er das Lehen wohl einem andern leihet. Poſſeſſio, quam quis in feudo habet, de quo eſt inveſtitus, & hanc Dominus quoque in feudo animo ſemper retinet, licet de hoc alium inveſtiverit. VOCAB. SAX.

Irre Lehen, iſt ein unwiſſentlich lehen, das noch nicht verfallen iſt, das doch der Herr verliehen hat, wenn es ledig werde. Feudum incertum, ſ. Domino nondum apertum, de quo tamen in caſum aperturæ aliquem inveſtivit. VOCAB. SAXON.

Recht

Recht Lehen, heiſt das, damit der Sohn bey des Vatters leben auff ſeine bewilligung von dem Herrn belehnt wird, und eingeweiſt in des Vatters Lehen gut. Feudum de quo filius, patre ſuperſtite, cum ejus conſenſu a Domino inveſtitur, & in patris feudum immittitur. VOCAB. SAXON.

Lehen Gericht, iſt das, da man um nichts anders denn um Lehen und Lehensſachen handelt und teidingt, und um keine ſchulde, davon es auch nicht heiſſen mag Recht Geding &c. *Judicium, coram quo tantum de feudis & cauſis feudalibus agitur & judicatur, non de debito, hinc nec judicium ordinarium ſive civile dici poteſt.* VOCAB. SAX.

Gedingte Lehen. Expectativa, die Anwartſchafft. SCHILTERUS in Comment. ad cap. 19. J. F. Alem.

Gantz Lehending. JURE FEUD. cap. 116. *Hic notat plenariam & integram cauſarum feudalium cognitionem & tractandi rationem.* SCHILT. in Comment. ad cap. 114. J. F. ALEM.

Lehen. Non eſt proprie res ipſa, ſed jus illud, quod vaſallo re infeudato acquiritur. WEHNER voce: *Grundherr.* Adde RUDIGERUM Cent. 3. Obſ. 35. Vide etiam de voce *Lehen* LUDEWIGIUM de Jure clientelari. cap. 3.

Leib.

JURE PROVINC. cap. 296. hic & aliis in locis SPECULI noſtri idem eſt ac *vita, das Leben.* KERO: *des ewigen libes, vitæ æternæ.* NOTKERUS Pſ. 26, v. 4. *Daz ih muoze buiwen in ſinemo hus alle tage mines libes. Ut inhabitem in domo Domini diebus vitæ meæ.* Vid. SCHILT. Gloſſar. voce: *Lib.*

Leibding. Leibgeding.

Leibding, heiſt, was ein Mann ſeinem Weib auf erb oder Lehen, mit des Lehenherrn und der Erben Urlaub dinget an zinßen und früchten zu ihrem leben, wird auch Leibzucht genannt. Leibding ſignificat, cenſus & fructus, quos maritus uxori ex allodio vel feudo, Domino feudi & heredibus conſentientibus ad dies vitæ percipiendos paciſcitur &c. VOCAB. SAXON.

Leibding. Non de dotalitio mulieris ſolo, ſed de omni uſufructu Juris Germanici uſurpata fuit & Leibe dicti uſufructuarii. SCHILTERI Exercit. ad π. 17. §. 8. Vide JUS PROVINC. c. 302. 304. 305. &c. In *Charta de anno* 1291. apud DUELLIUM in Excerpt. Geneal. Hiſtor. pag. 181. Num. 23. habetur: *Convenimus jure precario, quod vulgariter dicitur Leipkeding.* &c.

Leibprieſter. Leütprieſter.

JURE PROVINC. c. 163. 348. 381. *Der Pfarherr, Parochus.* KOENIGSHOVIUS hac voce ſæpius eſt uſus.

Lemde.

Iſt an einem menſchen ein glied, als hand, arm, fuß, bein, auge, ohr, maul, naſe, und dergleichen gliedmaß alſo verwundet, verſehrt oder geſchwächt, es ſey durch ſchlagen, hauen, ſtechen, ſtoſſen, fallen, rücken, werffen, zücken, oder anders zukommen, alſo daß derſelbig menſch ſolchs glieds zu ſeiner natürlichen brauchung, oder auch gewöhnlicher übung, nicht mehr gebrauchen mag, ſo wird ſolches dadurch ein Lemde genannt, und dafür gehalten. Lemde eſt membrum hominis, utpote manus, brachium, pes, crus, oculus, auris, os, naſus, & ejusmodi membrum ita vulneratum, læſum aut debilitatum verberibus, ictu, pulſu, lapſu, extenſione, jactu, contractione, vel alia ratione, ut ad naturalem ejus uſum, aut ad ſolitum exercitium amplius adhiberi nequeat. VOCABUL. SAXON.

Leütgeb.

Vide: Gelaitgeb.

Leykaff. Leykauff.

JURE PROVINC. c. 252. *Leukauff corruptum ex Leütekauff, quod adhibitis in teſtimonium hominibus ſympoſium præbeatur. Vocatur etiam Weinkauff. Etenim ex vetuſta gentium ſeptentrionalium conſuetudine pollicitationes firmari potu ſolebant, & tacite vel expreſſe precabantur, ut hauſtus ille valetudini vitæque ipſorum noceret,*

noceret, nisi facerent secundum promissum. SCHILT. ad π. Exercit. 30. §. 32. Confer. WEHNERUS voce: *Weinkauff* & SENCKENBERGII Selecta tom. 4. pag. 244. Quam significationem propriam THOMASIUS huic voci attribuat, videre licet in ejusdem Diss. de arrhis emtionum. §. 73.

Liechtmeß.

JURE PROVINC. c. 339. 344. 406. *Mariæ Reinigung, fällt den zweyten Februarii. Festum purificationis Mariæ, incidit in secundam Februarii.* A ritu consecrandi cereos dicitur *Lichtmeß*, de quo vide HOSPINIANUM de origine Festorum Christianorum, pag. 53. Vocem *Meß* quod attinet, plurimi eam hucusque derivare voluerunt a mittere; verum TEN KATE tom. 2. pag. 10. existimat, vocem esse priscam pure germanicam, a monachis medii ævi latinitate donatam, & *Misse, Mesa, Mese, Myse, Mias, Miasse*, denotasse *mensam, discum, patinam. Die Messe, Discus sacer secundum Ecclesiæ Romanæ ritus. Die Messen, nundinæ*, a *mensis*, in quibus merces venum exponuntur. In VERSIONE EVANGELIORUM GOTHICA Marc. XI. 15. extare: *Mesa skattjane, mensas Nummulariorum*, cum Christus nummularios & mercatores templo expelleret. Consulatur etiam de voce *Meß* WACHTERI Glossarium. Et quoniam circa hoc tempus, uti ex Speculo nostro apparet, agri & prædia locari solebant, disquirendum foret, an non satius esset, nomen mensis Februarii Germanicum, *Hornung*, derivare a *Hüren, locare*, quasi dicatur *die pachtzeit, der pachtmoniath*, quam cum LEIBNITIO in Collect. Etymol. pag. 80. ECCARDO ibid. in præf. pag. 25. KEYSLERO Antiq. septentrion. pag. 366. idem a *cornibus*, von denen *Hörnern*, petere. WACHTERI opinionem vide in ejus Glossario.

Loben.

Pro: *geloben, angeloben, versprechen. Spondere, promittere.* JURE PROVINC. c. 43. §. 2. 348. 391.

Lucz.

JURE PROVINC. cap. 39. §. 2. *Die Marck zu Lucz. Die Laußnitz, Lusatia.* In SPECULO SAXONICO Lib. 3. Art. 62. dicitur: *Die Marck zu Lusitz.*

Lut.

Pro: *Laut, rede, stymme. Sonus, vox.* JURE PROVINC. in SCHILTERI Thesauro c. 386. §. 13. hic post c. 172. Conf. ejusdem GLOSSAR: voce: *Lut.*

Lytgeb.

Vide: *Gelaitgeb.*

M.

Mage.

Vide: *Mauge.*

Maide.

JURE PROVINC. cap. 206. pro: *Müde. Maitan, concidere, conscindere, præsecare.* GAMALDANS sunt *debiles.* LUCÆ XIV. 3. Item *Confracti.* LUC. IV, 18. JUNIUS in Glossar. Goth. pag. 242.

Málatz.

Pro: *Aussätzig, Leprosus.* JURE PROVINC. c. 350. Lit. (u). In SCHILTERI notis ad KOENIGSHOVIUM pag. 915. *Domus Leprosorum* vocatur *Maltzen huß.* Sine dubio originem trahit a *Mal, macula, die Befleckte.* Vide WACHTERI Glossarium.

Malter.

Vide: *Königsmalter.*

Mann.

Manne heissen zu Lehenrecht die belehnten Lehenmanne. Manne jure feudali sunt vasalli investiti. VOCAB. SAXON. Vid. ESTORIS Analecta Fuldensia. pag. 21.

Mannschaft.

Ist nichts anders denn der Manne dienst, den sie den Herren mit Mannlichkeit beweisen. Servitia, Dominis a vasallis strenue præstanda. VOCAB. SAXON.

Mann-

Mannſchafft. JURE FEUD. c. 70. 115. *Die Lehenspflicht. Obligatio fidei & ſervitiorum.* SCHILTER. in Comment. ad cap. 90. J. F. Alem. §. 3.

Mannſchafft. JURE FEUD. c. 116. 161. §. 3. *Inveſtitura per homagium impetrata.* SCHILT. in Comment. ad cap. 114. J. F. Alem. §. 3.

Mannſchlacht.

JURE PROVINC. cap. 119. §. 2. 322. §. 3. *Ein Todtſchlag, homicidium. Slahon, occidere. Slahta, occiſio.* KERO.

Mannſchlechtig. Ein Todtſchläger, ein Mörder, homicida. JURE PROVINC. c. 375. §. 11.

Mantelkinder.

Legitimati per ſubſequens matrimonium, in Legibus provincialibus vocantur Mantelkinder, & quidem ex ea ratione: quod liberi quondam, ſi ad eam pervenerint ætatem, qua ſciunt, quid agatur, matri in copula ſacerdotali adſtabant, eamque veſte tenebant. TELGMANN de genuina ſignificatione vaſalli p. 96. ſeqq. Ita Cunigunda Iſenburgica filium ſuum Ludovicum Apitum, cum Alberto Degenere extra matrimonium progenitum, durante copulationis actu ſub veſte ſive pallio habuiſſe dicitur. Vide *Sächſiſche Merckwürdigkeiten* p. 319. Autor vero Codicis Ambraſiani Juris noſtri provincialis hanc conſuetudinem quondam obtinuiſſe negat. Vide c. 378. Lit. (x).

Marck.

Marck ſilber. JURE PROVINC. c. 151. §. 29. *Marc, Marca pondus eſt Germanis, ſeu libra. Credo quod olim ſignarentur, quod eſt marquer. Marque, ſignum, & mercken, ſignare. Hinc Marck, limes. Unde Marchiones.* LEIBNITIUS Collect. Etymol. part. I. p. 23.

Pfund und Marck iſt im Sachſenſpiegel eines, Lib. 3. Art. 45. Da 20. pfündige Schilling eine Marck, und auch 20. Schilling ein pfund machen, jedoch daß die Marck nach der wichte, und die pfund nach den 20. ſchilling pfemingen taxiret worden &c. Marca & libra Speculo Saxonico eſt idem. Lib. 3. art. 45. Ubi viginti ſchillingi juſti ponderis marcam, & iterum viginti ſchillingi libram conſtituunt, ita tamen ut marca ad pondus & libræ ad viginti ſchillingorum obolos fuerint exactæ. SCHLEGELIUS de nummis antiquis Gothanis.

In *antiquo Statutorum libro*, cui titulus: *Der Stätte recht von Strasburg*, tit. *von dem Münßmeiſter*, habemus: *Und ſol aber die Münſe ſin in der ſchwere, das zwentzig Schillinge tunt ein March, und ſprichet men den Pfenningen, pfündig pfenninge* &c. *Moneta autem ejus ſit gravitatis, ut viginti Schillingi efficiant marcam, & ſi de obolis ſermo eſt, hi juſti ſint ponderis.* WENCKERI Collectanea Juris publici. pag. 185. SCHILTERI notæ ad Kœnigshovium pag. 707.

Diverſus valor marcæ argenti de Anno 1113. uſque ad annum 1689. reperitur in LE BLANC Traité hiſtorique de monnoyes, & varia huc facientia in JAC. ALEMANNI Conſult. VIII. de jure monetæ part. 12. pag. 491. ſeqq. uti Dn. DE LUDEWIG ad A. B. tom. 2. pag. 676. obſervavit. Conf. una cum reliquis, rem monetariam ex profeſſo tractantibus, HEIDERI Deductio Lindavica pag. 486. & DU FRESNE ſub voce: *Marca.*

Marckgraff.

Marckgraffen waren Marckrichter, denen die gräntzen, oder Marcken des Römiſchen Reichs in Bewahrung befohlen wurden, daß ſie dieſelbige in acht nehmen, und für einfall frembder Völcker und böſer Nachbaren ſchützen und vertheidigen, auch darinnen recht und gerichte hegen und erhalten ſolten. Id eſt: *Marckgraffen ſunt Comites limitanei, quibus limites Imperii Romani cuſtodiendi committebantur, videlicet ut eoſdem contra irruptiones exterarum gentium & malorum vicinorum defenderent, atque jura inibi conſervarent, judiciaque celebrarent.* SPANGENBERGII *Adelsſpiegel* Lib. 10. cap. 19.

Ein Marggraff heißt der Fürſt, der über ein ſolches Land Richter iſt, das an den Gräntzen des Teutſchen Reichs lieget &c. Marchio eſt Princeps, qui judex eſt provinciæ in confinibus Imperii Germanici ſitæ. RUDIGERUS Cent. 3. Obſ. 53. Marchio priſcis temporibus erat de ordine Comitum, non de ordine Principum. LUDEWIGIUS ad A. B. tom. 2. pag. 191. (Vide JUS noſtrum PROVINC. c. 46.) Conf. tamen ejuſdem Diſſ. *Formula Brandenburgici Ducatus* cap. 3. §. 6. STRUVII Syntagma Juris Publici cap. 20. §. 28. PFEFFINGERUS ad Vitriar. Lib. 1. tit. 17. §. 5.

Marſchalck.

PFEFFINGERUS ad Vitriar. Lib. 1. tit. 14. §. 11. Lit. b. pag. 1095. obſervat, quoſdam hanc vocem deducere velle a *Marte* & *Schalck*, altera præliorum Deum, altera hominem aſtutum & vafrum denotante. Alios ſenſiſſe, contractam eſſe ex *Maire*, quaſi *Maitre*, ſeu *Magiſtro* & *Chal*, quaſi *Cheval*, equo. Adhuc alium exiſtimaſſe, idem eſſe, ac: *Mehier*, id eſt *Major* & *Stalher*, *Equitum Magiſter*. CARPZOV. de Lege Regia cap. 10. ſ. 6. n. 25. dicit: (uti DIETHERRUS in Continuatione Beſoldiana, voce *Marſchalck* refert) *Mareſchallus dicitur quaſi Mareſalicus, qui Major eſt in aula.* Aſt vero multo eſt ſimilius, hanc vocem compoſitam eſſe ex *Mar*, *Equus* & *Schalc*, *Miniſter*, *officialis*, *ſervus*. Vide SPANGENBERGII *Adelsſpiegel* Lib. II. cap. 24. Vox *Mar*, pro *equo* jam veteribus Celtis uſurpata. LEIBNITIUS Collect. Etymol. part. I. pag. 23. Vocem vero *Schalc* (D) denotaſſe *ſervum*, *miniſtrum*, teſtatur non ſolum *Verſio Evangeliorum Gothica Ulphilæ*, ibi enim dicitur apud MATTH. X. 24. *Niſt Skalks ufar Fauin ſeinamma.* *Non eſt ſervus ſuper Dominum ſuum*; & MARC. X. 44. *Sigai allaim Skalks, erit omnium ſervus*; verum etiam OTFRIDUS Lib. I. c. 15. verſ. 28. ubi ſenex Simeon: *Ther alto ſcalc ſiner*, *Senex ſervus ejus*, nominatur. Et VERS. 32. iterum eſt: *thinan ſcalc druthin*, *tuum ſervum*, *Domine*. In *Lege Alemannorum* tit. 79. §. 4. apud BALUZIUM tom. I. p. 79. ſtatuitur: *Si Mariſcalcus, qui ſuper duodecim caballos eſt, occiditur, quadraginta ſolidis componatur.*

Plura de hac voce reperiuntur in Dn. DE HAUGWITZ Tr. de Regni & Aulæ Mareſchallorum nomine &c. cap. 1. n. 7. ſeqq. & in DIECMANNI Specimine Gloſſarii mſti Latino-Theotiſci, pag. 121. Conf. WACHTERI Gloſſarium.

Maſen. Mauſen.

Narben, Cicatrices. JURE PROVINC. c. 171. & poſt c. 171. §. 5.

Maten.

Wieſen, prata, a *Mayen, Maden, metere, deſecare fœnum.* TEN KATE tom. 2. pag. 666. JURE PROVINC. c. 226. §. 2. Lit. (E).

Mauge. Mage.

Das iſt mein angebohrner Blutfreund, davon Schwerde Mage, der mir von wegen meines Vatters zugehöret &c. Hic eſt conſanguineus meus ſive adgnatus, inde Schwerde Mage, ex parte patris conſanguinitate mihi junctus. VOCAB. SAXON.

Apud OTFRIDUM Lib. I. c. 3. verſ. 4. *Chriſti Majores* vocantur. *Thie Chriſtus altmaga.* Et CAP. 6. verſ. 1. ſeqq. dicitur:

Fuar tho ſancta Maria
thiarna thiu mara,
Mit ilu joh mit mimmu,
zi ther iru Maginnu.

Abiit tunc ſancta Maria,
Virgo illa illuſtris,
Cum feſtinatione atque cum amore.
ad ſuam illam Cognatam.

Magen-

(D) Ejus originem a *Sollen*; *Scullan*, *Schullen*, *qui omnia agit ex debito*, vid. apud TEN KATE tom. 2. p. 570. SPERLIUS vero de Clypeis militaribus p. 147. id derivat a *Schalten.*

Magenſchafft, das iſt freundſchafft, und die iſt dreyerley. Magenſchafft, id eſt conſanguinitas, & hæc eſt triplex. Vide JUS PROVINC. Lib. I. Art. 3. in Gloſſa VOCAB. SAXON.

Magenſchafft, *Magenfreundſchafft* quandoque etiam denotat *conſanguineos collaterales*, atque adeo adſcendentes & deſcendentes, parentes & liberos non comprehendit. Vide JUS noſtrum PROVINC. c. 256. §. 2. Lit. (z). Originem vocis *Mage* quod concernit, WACHTERUS in Gloſſario autumat, quod deſcendat a *Machon*, *conjungere*. KERO *jungere*, *Kamachon*, *conjungatur*, *ſi Kimahchot*. *Mage*, quaſi *conjunctus* &c. Sed TEN KATE tom. 2. p. 301. in ea verſatur opinione, quod a *Magen*, *Mogen*, *Magan*, *poſſe*, *valere*, *potens eſſe*, *Mage*, *Moge*, *potentia* commode poſſit deduci. Atque ad hoc ipſum induxit TACITUS de M. G. c. 21. dicens: *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris, ſeu propinqui, quam amicitias neceſſe eſt.* Et alibi (cap. 7.): *Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum eſt, non caſus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates. Et in proximo pignora: unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium.* &c. CÆSAR de Bello Gallico Lib. 6. *Neque quisquam agri modum certum, aut fines proprios habet, ſed Magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, & quo loco viſum eſt, attribuunt agri* &c. Sibi itaque videri conſiderationе dignum, an non hæc omnia occaſionem dederint, affines, cognatos nomine *Mage* inſigniendi, *quaſi ſub eadem potentia & communione educatos, & arcte ſibi invicem conjunctos* &c.

Mauſe.

In JURE noſtro PROVINCIALI c. 359. de accipitribus & niſis &c. venationem edoctis, dicitur: *Und hat das federſpiel eine Mauſſe.* Utrum igitur vox *Mauſſe* denotet ſignum, accipitribus, falconibus &c. appendi ſolitum, ut ex illo cognoſcatur, cujus ſint, de hoc valde dubito, licet ita ſentiat LEYSERUS in Jure Georgico p. 584. Ad hoc me movet modus loquendi extans in Corpore Juris Foreſtalis part. I. pag. 354: *Sie werden gemäuſt, und heiſſen dann Mäuſerfalcken*, quod cum ſigno appenſo nullo convenit modo. *Manſen* potius prædicatur de avibus, plumas mutantibus, veteribus ſcilicet excidentibus, prout hoc in ſenſu etiam extat ſupra cit. capite JURIS noſtri PROVINCIALIS. Et Dn. SCHERZIUS in notis obſervat: *Hodie dicimus: Der Vogel mauſſet ſich, der Vogel iſt in der Maus. Id eſt: huic avi pennæ defluunt, illa patitur alopeciam pennarum.* Vide SPAAT *im Teutſchen Sprachſchatz.* p. m. 1258. Belg. *muyten*, *muyteren* idem eſt ac: *plumas in aviariis amittere, ſive mutare.* Galli uſurpant vocem: *muer. Les oiſeaux de proye, les ſerpens muent tous les ans.* Unde liquet hanc vocem non tantum avibus, ſed etiam aliis animalibus applicari. Et quoniam aves & alia animalia, plumas, pilos vel cutem mutantia valde tetra ſint & ſpurca, vero maxime eſt ſimile, vocem *Mauſſen* ori a *Mozel*, *macula*, *Mozen*, *Bemozen*, *luto inquinare.* Vide TEN KATE tom. I. p. 282. WACHTERI Gloſſarium, ubi a voce: *Muten*, olim *mutare*, *commutare* ſignificante, derivatur.

Mauskorb.

Corbis cui aves includuntur. Ein Keffig, Cavea. JURE PROVINC. c. 359. §. 2.

Meil.

Eine Meil weges ſoll von rechts wegen haben, 60. *Gewende, und ein jedes Gewende* 60. *ruthen, und eine ruthe* 7½. *Ehlen. Milliare jure continere debet* 60. *menſuras, dictas Gewende, quælibet harum* 60. *menſuras minores, ruthen dictas, & harum quælibet ſeptem ulnas & dimidiam.* SPECULUM SAXONICUM Lib. 3. art. 66. in gloſſa. De quatuor milliarium ſpeciebus in Saxonia vide FLEISCHERI Inſtit. JURIS FEUD. c. 9. §. 79. lit. b.

Menler.

Pro: *Sodomite. Sodomita.* JURE PROVINC. c. 116. §. 7. Lit. (x).

Meß.

In JURE noſtro PROVINC. c. 322. §. 2. habetur: *On die, die mit dem Meß geltent, dye mügen an den dingen nicht gezeugen ſein* &c. Quod igitur id hominum genus eſt? Forſan clerici, qui in celebrandis miſſis verſantur, & pro peccatis ſatisfaciunt. Atque cum hoc conveniret CAPIT. LUDOVICI PII apud BALUZIUM tom. I. pag. 690. §. 4. ubi ita: *Teſtimonium clerici adverſus laicum nemo recipiat.* Et PAG. 1043. *Ut nulla ad teſtimonium dicendum Eccleſiaſtici cujuslibet pulſetur perſona.* Verum verba adjecta: *an den dingen*, i.e. *in judiciis*, hoc reddunt minus probabile. Clerici enim ſecundum ſupra allegata in nulla prorſus cauſa contra Laicum teſtimonium perhibere poterant, ut taceam, modum loquendi, *mit dem Meß gelten* interpretari per *Meß leſen, miſſam celebrare*, nimis obtortum videri.

Num forte nuncii judicii ſub eo intelliguntur, hi enim circa munus ſuum peccantes eo nomine pœnas dabant *mit dem Meß* oder *Maas*, videlicet mit dem *Königsmalter*, id eſt triginta vel triginta duobus verberibus. Vide ſupra ſub voce: *Königsmalter.*

Attamen vero maxime ſimile eſt, manumiſſos intelligendos eſſe, hi enim pro fundis ſuis debebant *mit dem Meß gelten*, i.e. *Gemeſſene Frondienſte thun, ſervitia dominicalia determinata præſtare, auch nach dem Maas, wie ihr Herr ſich mit ihnen verglichen hatte die Güther verzinßen: nec non cenſus ſolvere eo modo quo dominus cum illis convenerat.* Vide POTGIESERUM de Conditione & Statu ſervorum Lib. 2. c. 3. §. 9. Hocve videntur confirmare verba in textu noſtro ſequentia: *Und die do eygen ſeind, & qui ſunt homines proprii.* Cum hoc etiam conſentit CAPITUL. CHILDERICI III. apud BALUZIUM tom. I. p. 154. §. 15. ubi ita: *Libertus & liberta in nullis negotiis contra quemquam teſtimonium dicere permittantur.* Vocem etiam *Meß* denotare *Maas, menſuram* videre licet in SCHILTERI Gloſſario. Ut unum ſaltem exemplum adducam apud TATIANUM Harmon. IV. Evang. c. 39. verſ. 5. legitur: *In themo mezzi thie ir mezzet iſt ju gimezzan. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.*

Meſſer.

Pro: *Schwerd, Degen, Dolch, Gladius, enſis, pugio.* JURE FEUD. c. 119. §. 2. In JURE PROVINC. c. 165. eſt: *Unrechts Meſſer, enſis prohibitus,* CAP. 196. *Lange Meſſer, enſes longi,* c. 230. §. 2. *Schelckliche Meſſer, enſes doloſi.* KOENIGSHOVIUS hanc vocem hoc ſenſu frequenter uſurpat. WEICHBILD Art. 83. *Meſſer* dicitur *ein dieblich Mordgewehr, arma furum homicidarum.* Ejus origo a Maitan, ſecare, extat apud TEN KATE tom. 2. p. 667.

Meuſelſüchtig. Miſſelſüchtig.

JURE PROVINC. c. 22. §. 3. In JURE noſtro FEUDALI c. 35. eſt: *Lähmſüchtig*, hujus loco SCHILTERI Codex pariter habet: *Miſelſüchtig*, idque interpretatur: *Epilepſia.* In COMPIENTARIO autem dicit: *Miſelſüchtig non epilepſiam, ſed lepram ſignificat.* Et cum hoc convenit VOCABUL. SAXON., ibi enim ita: *Maſelſucht heiſt der Ausſatz, Maſelſucht vocatur lepra.* Conf. Jus noſtrum PROVINC. c. 350. ſecundum lectionem CODICIS UFFENBACH. NOTKERUS Pſ. 50. verſ. 9. *Leproſos* vocat *Miſelen.* Vide etiam Pſ. 73. VERS. 11. RHYTMUM DE S. ANNONE VERS. 871. OTFRIDUS vero Lib. 3. c. 1. verſ. 29. illos nominat *Horugibruoder.* *Miſelſucht* proprie ſignificat *die böſe ſucht, die böſe kranckheit, malum morbum,* æque ac *Miſſethat* ſignificat *eine böſe That, malum factum.* Conf. ECCARDI notæ in Catecheſin Theotiſcam pag. 111. Vox tamen *Meüſelſüchtig, Maſelſuchtig* deſcendere etiam poſſet a *Mozel, macula.* Vide ſupra ſub voce: *Mauſſe.*

Michel.

Michel.

JURE PROVINC. C. I. §. I. C. 85. veteribus idem eſt ac *gros*, *viel*, *gantz* &c. *magnus*, *multus*, *valde*. Vide SCHILTERI Gloſſarium voce: *Mihil*. Et DIECMANNI Specimen Gloſſarii Lat. Theot. p. 74. Apud ULPHILAM, MATTH. VII. 27. eſt: *Gah was draus is mikils, und thät einen großen Fall; Et magna ruina corruebat.* LUC. VI. 17. *Gah hanſa mikila Manageins af allama Judaias, und eine große menge des volcks von allem Judiſchen lande. Et magna multitudo ex univerſa Judæa.* OTFRIDUS Lib. I. c. 20. verſ. 3. 4.

Inbran er ſar zi noti
in mihil heizmuati.
Excandeſcebat illico vehementer
in magnam iracundiam.

Et VERS. 8. 9.

Joh datun ſie ana fehta
mihila ſlahta.
Et faciebant hi absque prælio
magnam occiſionem.

Apud alleg. ULPHILAM, MARC. X. 42. vox *Fiurſten*, *Principes*, redditur per *Mikilans*. De ejus origine vide WACHTERI Gloſſarium.

Miet.

Lohn, *belohnung*, *geſchenck*. *Merces*, *præmium*, *donum*. In JURE noſtro PROVINC. c. 12. dicitur: *Dem richter iſt kein Miet geſeczet*, pro: *dem Richter iſt keine Belohnung geſetzet*, *Judici non eſt ſtatutum ſalarium*. Et c. 32. *Gutes miet*, pro: *Belohnung an geld oder güthern*, *ſalarium in pecunia vel fundis*. CAP. 75. §. 2. TATIANUS in Harmon. Evangel. c. 22, v. 17. *Wanta bithiu juuar mieta iſt ginuhtſam in Himilon. Quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* CAP. 35. verſ. 1. *Sie ira mieta intphiengun. Receperunt mercedem ſuam.* In *Caroli IV. Pace publica* de anno 1351. in LUNIGII Archivio Imperii Part. ſpec. continuat. I. p. 31. Col. 2. extat: *Miete*, *Mietewort* pro: *Geſchenck*, *Geſchenck Verſprechung*. *Donum*, *doni promiſſio*. *Mieten* proprie ſignificat: *Dingen umb einen gewiſſen Lohn*. *Conducere alicujus operas pro certa mercede*. *Miete* OTFRIDO *conduco*; *miede* Clivenſibus, & *miethe* Saxonibus adhuc in uſu, proprie de famulis & operariis, (imo Germanis etiam de ædibus, equis & aliis). LEIBNITII Collect. Etymol. part. 2. pag. 122.

Minnen.

Vide. *Mynnen.*

Miſelſüchtig.

Vide: *Meüſelſüchtig.*

Miſſebarten.

JURE PROVINC. ex Cod. Uffenbach. poſt c. 366. pro: *ſich ſchändtlich*, *garſtig geberden*, *anſtellen*. *Turpes facere geſtus*. A *miß*, *böß*, *übel*, *male*, & *Barten*, *Berden*, *Geberden*, *ſich anſtellen*, *ſich geberden*, *ſeſe gerere*. Vide SCHILTERI Gloſſarium, voce: *Baren*.

Mitten.

JURE PROVINC. c. 257. §. 10. pro: *anjetzo*, *zu der zeit*, *Modo*, *hoc tempore*. Ita eſt apud OTFRIDUM Lib. I. c. 20. verſ. 12. *mitthont giboraniu*, *recens nati*. Et LIB. 3. c. 18. verſ. 48. *ſo ih hiar mithont giſprah*, *quod ego hic modo dixi*. NOTKERUS Pſ. 118, verſ. 25. *Der mittunt chad*, *der alleweil*, *anjetzo* (kurtz hievor) ſprach. *Qui modo* (paulo ante) *locutus eſt*.

Mittelfreye.

In JURE noſtro PROVINC. c. 49. ita deſcribuntur: *Mittelfreyen*, *das ſeind die*, *die der hohen freyen* (der Semperfreyen) *mann ſeind*. *Nobiles medioxumi dicuntur*, *Baronum ſive Nobilium Imperii immediatorum vaſalli*. Hujus opinionis quoque eſt KOPPIUS de inſigni differentia inter S. R. J. Comites & Nob. Immed. Sect. I. §. 21. pag. 119. *Per Liberos Medioxumos indicari arbitramur omnes e claſſe Nobilium*, *maxime Barones*, *quin & Comites*, *qui immedietatem ſuam*

ſuam penitus amiſerunt, aliorumque Statuum potentiorum Landſaſſii ſunt facti. &c.

SCHILTERUS in Comment. ad cap. 1. J. F. Alem. §. 14. ſtatuit, *Medioxumos eſſe illos, qui poſtea in ſpecie Barones ſive Liberi Domini dicti fuerint.* Qua ratione hanc ſuam ſententiam comprobare conetur, ibidem videre licet.

MUNSTERUS in Coſmographia Lib. 5. c. 20. pag. 661. dicit: *Medioxumos eſſe equites, miniſteriales & ſervi nobiles* (Edelknecht) *dicti.*

Mordbrand.

In JURE noſtro PROVINC. c. 116. §. 6. ita deſcribitur: *Der Mordbrand iſt ſchwär tages oder nachtes heymlichen brennen:* Sive ſecundum lectionem CODICIS JUNGIANI: *Wer tages oder nachtes heymelichen brennet, das heiſſet Morbrant. Si quis interdiu vel noctu incendium clam excitet, hoc dicitur Mordbrand.* Atque adeo criminis incendii character eſt clandeſtinitas, ut modo clandeſtino (E) incendium excitetur, absque prævia inimicitiarum indictione. Prout hodienum modo clandeſtino & doloſo incendium excitantes incendiarii vocantur.

SCHILTERUS Exercit. ad ſ. 49. §. 100 incendii dat definitionem cum præcedentibus omnimode non congruentem: *Mordbrand dicitur incendium, quod non ſuo tantum conſilio, ſed ſeditioſe fit.* HEINECCIUS autem in Elementis Juris Germ. tom. 2. pag. 257. dicit: *Putarem, Mordbrenner dici, qui vel mercede conducti, vel ſuis ſtimulati furiis, flammis in urbes & pagos graſſantur, idque facinus veluti artem exercent.*

Mordliche Bottſchaft.

Seind ſolche bottſchafften, die man einem vertrauet und anbefiehlet, welche an leib, gut, und ehre gehen. Sunt nuntii alicui commiſſi, vitam, bona & honorem concernentes. JURE PROVINC. c. 116. §. 8.

Morgengab.

Heiſt das, ſo der Frauen an des Mannes gut gebühret, alsbald er ſie des erſten tages heim in ſein ſchloß oder Hoff führet, Lib. I. Art. 20. *Und die ein jeglich mann von Rittersarth ſeinem weib giebt des morgens als er mit ihr zu tiſche gehet. Dieſe Morgengabe mag auch der Mann ſeinem weibe geben, wenn er will.* Lehenrecht. c. 31. *Morgengab dicitur id quod uxori in bonis mariti competit, quamprimum eam primo die in caſtrum ſuum vel curtem deducit,* Lib. I. Art. 20. *quam quilibet maritus ordinis equeſtris uxori ſuæ dat mane, dum cum ipſa eſt accubiturus. Hanc morgengabam maritus quoque uxori ſuæ dare poteſt quandocunque vult.* JURE FEUD. c. 31. VOCAB. SAXON.

De hac voce in SCHILTERI Inſtit. Juris Publ. Lib. 1. tit. 9. §. 7. reperiuntur ſequentia: *Morgengabe eſt*

(E) *Noſtrum morden ego puto deſcendere ab antiquiſſima radice, quæ apud Cambro-Britannos ſupereſt. Iis enim murnio dicitur occultare, inſidiari* &c. ECCARD. in not. ad Leg. Sal. tit. 16. §. 1. voce *Moſedo* pag. 38. Hæc vocis *Murnen* ſignificatio videtur non ignota fuiſſe Autori libelli, cui titulus: *Der Froſchmäuſler*, ROLLENHAGIO, ſeli nomen *Murner* imponenti, hancve per murem vetulum ita deſcribenti:

Warnet doch mit gantzem fleiß,
Und ſaget von des Murners weiß,
Daß er verſteckt in winckeln ſäß,
Und die Mäußlein ohn Brod einfräß &c.

Commonete, quæſo, omni cum diligentia
Exponentes Murnerii morem,
Quod ſcilicet in angulis delitescens
Muſculos ſine pane devoret &c.

Conf. WACHTERI Gloſſarium voce: *Mord.*

est vocabulum triplicis significationis, primo denotat dotem Juris Germanici, quam vir mulieri dat, quæ respondet Romanorum donationi propter nuptias; Ita in Jure Bavarico mixto titulus habetur: Titulus dotis in contractibus nuptialibus: Germanice additur: *Wie ein Mann Morgengabe geben soll und zeigen. Hæc species in omni justo matrimonio requirebatur olim.* LEX ALEMANN. *cap.* 56. §. 2. *Vid.* EXERCIT. AD π. 36. §. 68. *seqq. Secundo denotat donum matutinale, quod mane post primam thori conscensionem sponsæ dari solet, itidem in justis nuptiis. Vid.* BESOLD. *Thesaurus Pract. Morgengab.* MYLERI *Gamol. c.* 15. *sq. qui tamen has diversas significationes non satis distinxit. Denique denotat talem dotis aut donationis speciem, quæ pactum exclusivum adjectum habet, ut nec ipsa, nec filii ejus amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tempore sponsaliorum: v. g. X. libras, vel quantum voluerit dare, quando eam desponsavit* 2. *Feud.* 29. *Vocatur communiter copulatio ad sinistram, Trauung zur lincken Hand, a ritu non essentiali, sed consueto tamen* &c.

De *morgengaba* videri etiam præprimis potest DE LUDEWIG ad A. B. tom. 2. pag. 548. ut & ejusdem OPUSCULA MISCELLA tom. 1. p. 1169.

Müglich.

PRO: *Mühlich, mühsam, das nicht wohl und leicht geschehen kan. Operosus, laboriosus, quod facile fieri nequit.* JURE PROVINC. c. 375. §. 11.

Muten. Mut haben.

Verlangen, begehren. Desiderare, expetere. JURE PROVINC. c. 172. 219. 234.

Muttwillen.

In nostro JURE PROVINC. c. 163. §. 4. 183. §. 2. 196. &c. idem est ac *freywillig, sponte.* SCHILTERUS in Comment. ad cap. 66. J. F. ALEM. §. 2. de hac voce tradit: *Deinde quod vocabulum vernaculum vor mutwillen attinet, id non in deteriorem partem accipiendum est, ut forte glossatori Saxonico visum, quasi sit, malitiose, dolose: Sed voluntarium denotat* &c. *Est enim majoribus Muatwill, animi sententia.* OTFRID. *Lib.* 4. c. 1. *vers.* 81. 82.

Ih hiar gescribe follon
then thinan muatwillon.
Ego hic conscribo plene
tuam voluntatem.

(Et LIB. 1. c. 22. v. 31. 32.
Liasun miti stillo
so s'im was muatwillo
Currebant simul modeste
prout cujusque animi erat lubido).

Constitutio Civitatis Argentorat. de Sponsalibus clandestinis & pœna exheredationis: *Es sie danne das vatter oder mutter - - es ime mutwilleklich wider gebe.* Id est: *nisi parentes portionem sponte & libere, gutwillig reddant.* Eodem sensu KOENIGSHOVIUS p. 82. id etiam usurpat.

Mynnen.

JURE PROVINC. cap. 151. §. 26. *Lieben, herzen. Amare, osculari.* Hunc sensum in Batavorum lingua hodienum habet. KERO: *Amor, Minna. Formula Fœderis Ludovici Germaniæ & Karoli Galliæ Regum de anno* 842. in SCHILTERI Vol. Rer. Germ. Script. post NITHARDUM p. 114. his incipit verbis: *In Godes minna.* Apud OTFRIDUM Lib. 2. c. 19. vers. 29. habetur:

Juan fiant minnos
so gibiutit Druthtin Got
Minnot jo thie grazzo
so wer so so juih hazzo.

Veſtrum inimicum amate,
ſic præcipit Dominus Deus.
Diligite utique eos valde,
quicunque vos odiunt.

Et in *Decalogo rhythmica paraphraſi expoſito*, in SCHILTERI Theſauro tom. I. part. alt. pag. 77. ſtatim ab initio:

Du ſolt nym haben den einen
Got,
Und ſolt den mynnen ſunder
ſpot &c.
Tu non habeto niſi unum Deum
Eumque amato ſincere.

In GUNDLINGIANIS XXVI. p. 10. vocabulum *mimen* a voce Germaniæ ſuperioris *Meinen* derivatur. *Du meinſt mich nicht*, in Saxonia & Thuringia idem eſt, ac: *Du liebeſt mich nicht &c. Non amas me,*

N.

Nachtſeld.

JURE PROVINC. c. 375. §. 15. *Herberg, da man über nacht bleibet. Nachtlager. Diverſorium, ubi pernoctamus.* FR. JUNIUS in Gloſſario Gothico tradit, *Salgan* ſignificare: *divertere, hoſpitari.* Ita extare MARC. VI. 10. *Thar ſalgaith. Illic manete.* Et JOH. X. 40. *Salida gainar: Manſit illic &c.* Et Anglo-Saxonibus *Saelth* ſive *Seld* eſſe *Manſionem, Sedem.* Alemannis autem *Selitha* denotare: Tabernaculum. (F).

Hoc modo apud OTFRIDUM Lib. 3. c. 13. verſ. 96. habes:

In woltun thar giſelidon
Ipſis volebant ibi tabernacula exſtruere,

Et LIB. 4. cap. 9. verſ. 15.

Noh wiht ſelidono.
Nec aliquam manſionem.

Item LIB. 2. c. 7. verſ. 38.

Inti ougu mina ſelida.
Et oſtendam meum tabernaculum.

Apud Dn. DE LUDEWIG Reliq. Mſt. tom. 4. pag. 19. extat: *Nachtſcheld.* Apud HUNDIUM in Metropoli in indice reperies: *Herberg* vulgo *Nachtſölt.*

Nachvolgen.

Vide: *Volgen.*

Nagelmag.

Denotat in ſpecie *conſanguineum ſeptimi gradus.* JURE PROVINC. c. 256. §. 8. SPECULUM SAXONICUM Lib. I. art. 3. Quandoque vero etiam deſignat *conſanguineos in genere.* JURE PROVINC. c. 409. Et hoc ſenſu poſteriori eſt apud MATTHÆUM de Jure gladii cap. 38. pag. 639. *Ende quam ſyn naeſte nagel &c. Et veniebat ipſius proximus conſanguineus;* ut & in *Henrici VI. Conſtitutione de hominibus propriis* apud SCHILTERUM Inſtit. Jur. publ. Lib. I. tit. 7. §. 5. *Quodſi perſona aliqua alicujus nobilis vel miniſterialis propria ad Civitates noſtras ſe contulerit gratia ibidem manendi, & Dominus ejus eum repetere voluerit, ipſe Dominus cum VII. propinquis ſuis ex parte matris, qui vulgariter nagilmage nuncupantur, quod ad ſe jure proprietatis pertineat, hominem illum debet obtinere &c.* SCHILTERUS putavit vocabulum *nagilmage* referre ſe ad verba: *ex parte matris*, adeoque in GLOSSARIO hac voce erronee tradidit, *Nagilmage* denotare *propinquum ex parte matris;* cum potius ad verba præcedentia, *cum VII. propinquis ſuis* referatur. *Cum ſeptem propinquis ſuis, qui vulgariter nagilmage nuncupantur,* i. e. qui ſeptimo ad minimum conſanguinitatis gradu ipſi juncti ſunt; *& quidem propinqui debent eſſe ex parte matris.*

Nemen.

Pro: *Nemen, nahmhaft machen. Nominare.* JURE FEUD. c. 19. Ita etiam in JURE ARGENT. obſervante SCHIL-

(F) Unde modernum noſtrum *Zelt, tentorium, tabernaculum* ſine dubio oritur. Quamvis WACHTERUS in Gloſſario aliter ſentiat.

SCHILTERO in Gloſſario voce: *Nemman*, habetur: *Sol nemen den Kleger, nominabit actorem.*

Nidrer.

JURE FEUDALI cap. 61. 68. pro: *Geringer von Condition und ſtandt. Qui inferioris eſt conditionis & ordinis.*

Nifftel.

Indicat *propinquam feminei ſexus*, uti voce *Neve propinqui ſexus maſculini* deſignantur. In JURE NOSTRO PROVINCIALI c. 375. legimus: *Nifftel das iſt Baſe. Nifftel id eſt cognata.* Et in VOCAB. SAXON. *Nifftel das heiſt eine Muhme*, quod idem eſt. In MISCELLANEIS THEODISCIS in BERN. PEZII Theſauro anecdotorum noviſſimo tom. I. p. 382. invenimus: *Neptem, Niphilun.* Hodie pluribus in locis ejus loco dici ſolet *Nichte*, quod vocabulum veteribus quoque non fuit ignotum. Ita ULPHILA vocem *Gefreundter*, JOH. XVIII. 26. extantem, reddit per *Nithgis*, & verba LUC. I. 36. *Eliſabeth deine Gefreundte Aileiſabaith Nithgo theina.*

Derivationem vocabulorum *Neve, Nefe, Nifftel, Nichte* &c. a *Nehwan, nachan, nahan, appropinquare, attingere, adhærere. Neh, nieh, neah, nahe, adjunctus, prope* &c. *Nevens, neffens, junctim, juxta, una cum* &c. *Neven, proximi, patrueles, cognati* &c. *Nahe zuſammen gefügte, Juncti*, vide apud TEN KATE tom. 2. pag. 242. & 243.

Notnunfft. Notzogen.

JURE PROVINC. c. 354. 355. *Notzogen heiſt eine Jungfrau oder Weib mit gewalt beſchlaffen. Notzogen dicitur virgo vel mulier violenter ſtuprata.* VOCAB. SAXON.

Notnunfft olim ſignificavit violentiam, & Notnunfftige Klage violentiarum actiones. In CHARTA CAROLI IV. *Imp. Anno* 1356. *eſt: Nullus Dux, Marchio, Comes Monaſterii Lanekheim pauperes & ruſticos ad judicium quod uſitato nomine Centa dicitur, exceptis duntaxat quatuor caſibus, homicidio, furto, ſtupro, quod vulgo Notnunfft dicitur, & pro lethali vulnere audeat evocare* &c. HERTIUS Vol. I. tom. 2. pag. 315.

In JURE AUSTRIACO apud Dn. DE LUDEWIG Reliq. Mſt. tom. 4. §. 6. ſtuprum violentum dicitur *Notturfft.* Rubrum cap. 355. JURIS noſtri PROVINCIALIS, ut SCHERZIUS obſervat, in diverſis Mſtis pariter eſt: *von der Notturfft.*

De jure neceſſitatis, (*dem Nothrecht*) fuſe egit SCHOTTELIUS de ſingularibus quibuſdam & antiquis in Germaniæ juribus cap. 14.

Qua ratione vocabulum *Notnunfft* deſcendat a *Not* & *Nemen, Namen, Nomen, Numen*, vide in SCHILTERI Gloſſario voce: *Not*, & apud TEN KATE tom. 2. pag. 304. & 305. De voce autem *Notturfft* vide hunc cit. tom. 2. pag. 148.

Nun.

In SPECULO noſtro quandoque eſt pro: *Nur, tantum, duntaxat.* Vide JUS PROVINC. c. 153. §. 2. 168. §. 3. 191. JUS FEUD. c. 143. §. 1.

Nuwen. Niwer.

Pro: *Nur. Tantum, ſolummodo.* Vide JUS PROVINC. c. 265. Lit. (n).

Nyendert.

Pro: *Nicht anderſt. Non aliter.* JUS PROVINC. c. 247. §. 3.

O.

On.

Supra obſervavimus particulam *An* in SPECULO noſtro quandoque ſignificare *One.* Ita particula *on* vice verſa ſæpius uſurpatur pro *An.* Vide e. g. JURE PROVINC. c. 23. 164. §. 3. 309. 318. JURE FEUD. c. 13. 150.

Oſterland.

Oſt, Eaſt, Auſtur, Oriens. TEN KATE tom. I. pag. 305. *Oſterland, terra Orientalis.* Vide WACHTERI & SCHILTERI Gloſſarium voce: *Oſt.* In JURE noſtro FEUDALI c. 73. §. 3. ſub eo intelligitur: Omnis ille tractus

Regni Germanici, qui trans Salam usque ad fines Slavorum sive Windorum, Bohemorum & Polonorum sese tum extendit. SCHILT. Comment. ad c. 7. J. F. ALEM. §. 6. Conf. RECHENBERGII Osterlandia vetus. Lipsiæ 1691.

P.

Pfaltzgraff.

Heißt soviel, als ein richter eines bezwungenen Landes, oder ein bezwungen Herr eines Landes das bezwungen ist, und was eigentlich ein Pfaltzgraff geheissen sey, vid. LANDRECHT *Lib. 3. Art. 53. in glossa. Pfaltzgraff dicitur judex provinciæ debellatæ, sive Dominus devictus provinciæ subjugatæ, & quid proprie significaverit Pfaltzgraff, videatur* JURE PROVINC. lib. 3. Art. 53. in glossa. VOCAB. SAXON.

Hanc definitionem merito ridet PFEFFINGERUS ad Vitriarium. Lib. I. tit. II. lit. b. ubi varias hujus vocis derivationes examinat, & cum SPANGENBERGIO statuit, nomen fuisse sortitos a *Palatio*, dem *Pallast: Palatium enim dicitur Curia Imperatoris in provinciis, sive diversis Imperii Romani regionibus, ubi Imperator, si ibi locorum versaretur, Curiam, sedem, Comitia & Judicia habebat & celebrabat.* Plura hac de re scire cupiens adeat autores copiose ibidem allegatos.

Verum JOHANNES AGRICOLA (G) singularem prorsus de origine vocis *Pfaltz* fovit opinionem: *Capellatius (ein Römischer Hertzog zu Mayntz) bauet das Römische Bergschloß Capellatium, von deme Starckenburg im Wesen, von diesem ward diese Provintz die Capelletz genennet. Es behaupteten die Römer diese Provintz biß anno Domini 372, als Valentinianus der Römische Kayser, so Valentinsberg in dieser Provintz gebauet (von dem Ladenburg der Flecken erwachsen) von den Ost-Francken Zinß fordert. Der Francken Hertzog aber ihm das Schwerdt dargeboten, und endlichen nach Valentiniani Todt, fiel Maerolus der Francken Hertzog über den Mayn, drang den Römern ab die Capelletz, macht aus dieser Vogthey eine Grafschaft, nannt sie Paletz Grafschaft, und war Lybers, ein Sohn des Francken Hertzogs Maeroli, der erste Pfaltzgraffe bey Rhein; da aus dem nahmen Capelletz seynd entsprungen Paletz, endlichen das wort Pfaltz.* Id est: *Capellatius (Dux Romanus Moguntiæ residens) Castrum montanum Romanum Capellatium exstruit, unde Starckenburgum hodiernum durat; ab hoc provincia hæc Capellatia est nominata. Romani provinciam hanc propugnabant usque ad Annum Domini 372. cum Valentinianus Romanorum Imp. qui Montem Valentini hac in provincia condidit, (unde oppidum Ladenburgum ortum trahit) a Francis Orientalibus tributum exigeret, Francorum vero Dux gladium ipsi offerret. Tandem post Valentiniani obitum, Maerolus Francorum Dux Mœnum transgressus, Romanis Capellatiam extorquebat, hancve præfecturam in formam Comitatus redigebat, dato ipsi nomine Paletz Grafschafft, atque Lyborius, Francorum Ducis Maeroli filius primus erat Comes Palatinus Rheni, ortis ex nomine Capellatia, s. Capelletz, Paletz, & tandem Pfaltz.* Majorem applausum merentur, quæ Dominus GÆRTNERUS (H) de ortu hujus vocis in medium profert: *Pauca sunt*, ait, *quæ de etymologia vernaculæ vocis Pfaltz, quæ palatium designat, addam, cum sciam, plerosque in ea esse sententia, ut putent, eam corrupte esse figuratam a latinorum palatio. Ego vero & hac in parte honorem originis vernaculæ esse tribuendum, & Pfaltz nullo modo descendere a palatio, variis adductus rationibus opinor. Illud enim, quod nos communiter hodie effamur Pfaltz, priscis dictum fuit Palentz & Palantz, ut ego reor a Pal vel Pfal, stipes, unde nobis & Gallis Pallisades, a durius pronunciantibus postmodum dictum Pfal, quo sono hodie utimur, eodem certe modo, ac voci Pfaltz*

(G) Vide Monumenta Pietatis & Literaria. pag. 252.

(H) In notis ad Saxonum Leges tres &c. pag. 59.

Pfaltz noſtro ævo contingit. Hinc Pala vel Pfala caſtellum ligneum veteribus ſignificat, uti vocem exhibet Liber Mſ. redituum Eccleſiæ N. a Schiltero in Gloſſario ſub hac voce citatus: Notandum eſt etiam, quod in dicta villa B. eſt quædam Phala, ſive caſtellum ligneum. Pala autẽm deinde facili opere mutatum fuit in Palantz, contracte Palz, vel Pfaltz. Et ego quidem perſuaſiſſimum habeo, eo tempore, ædes illas regias non niſi ligneas & ex ſtipitibus fabricatas, forte etiam ſtipitibus circummunitas fuiſſe, inde nomen ſortitum. Atque ejusmodi architectura illo ævo ſatis ſuperba, & regio ſplendori par videri poterat, ubi reliquæ habitantium caſæ ſtramineæ ut plurimum, & e limo ac luto compoſitæ erant. Hincque intelligo cauſam, cur interpres latinus Speculi Saxon. vocem ibi occurrentem Pfaltz noluerit exprimere Palatium, ſed Palantiam, & Comites Palatinos dixerit Palans Graviones.

WACHTERI opinionem videre licet in ejuſdem Gloſſario. *Pfaltzgraff* igitur ſignificat: *Ein kayſerlicher Hoffrichter, Judex Curiæ Cæſareæ.* Vide all. SPANGENBERGIUM in Speculo Nobilitatis Lib. 10. c. 17. p. 305. nec non *den vorläuffig doch gründlichen Bericht von Adel in Teutſchland.* pag. 194. ſeqq.

Pfenning.

Bey dieſem wort wird im Sachſenſpiegel gemeiniglich bedeutet gelt und ſchuld in gemein oder in genere. Hac voce communiter denotatur pecunia & debitum in genere. VOCABUL. SAXON. Atque eodem in ſenſu eſt in JURE PROVINC. noſtro c. 118. §. 5. 166. §. 3. 177. &c.

Pfenning war ſonſten eine kleine Müntze deren zwölf einen Schilling machten. Pfenning olim erat levis moneta cujus duodecim ſpecies ſchillingum conſtituebant. VOCAB. SAX.

EX JURE noſtro PROVINC. c. 224. æque perſpicitur, ſchillingum duodecim valuiſſe obolos i. e. *Pfenning.* Obolus vero aureus decem valebat ſchillingos, obolis argenteis numeratos. JURE PROVINC. c. 402. Qui efficiebant dimidiam marcam vel libram monetæ argenteæ.

GOLDASTUS in notis ad HEPIDANUM de vita S. Wiboradæ tom. I. Alam. Rer. p. 254. hujus vocis ſequentem tradit derivationem: *Pfenning dictus a behanden, quod contracte veteribus pfandten, velut Behanding, quaſi tu dicas manualis, ob ejus commoditatem, & neceſſarium atque quotidianum uſum.*

HOFFMANNUS *in dem Müntzſchlüſſel* pag. 223. ſtatuit, vocabulum hoc deſcendere a latino *pecunia.*

Aſt Dn. DE LUDEWIG *in der Einleitung zu dem Teutſchen Müntzweſen mittler Zeiten* p. 27. dicit: *Bracteatos, concavi cum fuerint atque inflexi, adeoque parvis lebetibus, qui olim tanta concavitate, uti quidem hodie, efformari non potuerint, ſimiles, a paritate & in diſtinctionem ſolidorum ſive monetarum ſignatarum Pfenninge ſive Pfannenmüntze* (I) fuiſſe nominatos. Quod vero p. 28. ſequitur: *Noſtris temporibus leviſſimos & minutiſſimos obolos in utraque ſuperficie ſignari*, levis eſt error, dum hodienum in una duntaxat ſuperficie frequenter ſignentur, quod inter alios factum eſt a Civitate Norimbergenſi A. 1719. OTFRIDUM (K) jam uſurpaſſe vocem *pfenning* ſive *penthing*, ut alii legunt,

(I) Ejuſdem ſententiæ eſt KEDERUS in Commentatione de nummo Othini, pag. 62.

(K) Lib. 3. c. 14. verſ. 182. Edit. SCHILT.

Noh ouh ni fuartin in thiu thing
mit in nih einan pfening.
Neque veniebant ad judicium
ſine pecunia.

legunt, obſervat DIECMANNUS in Specimine Gloſſarii Mſti Latino Theotiſci pag. 111. eamque deducit a päna quod eſt *cudere*, *ſignare* &c. Conf. WACHTERI Gloſſarium.

Pfingstag.

JURE PROVINC. c. 4. Lit. (x) pro: *Donnerstag*, *dies Jovis*. SCHERZIUS in notis ad c. 247. Jur. prov. Alem. obſervat, STADENIUM in Explicat. Vocab. Bibl. Germ. melius id deducere a πίντε, quinque, quaſi dicas *quintus hebdomadis dies*, quam CLUVERIUM & LEIBNITIUM Script. Rerum Brunſuic. tom. I. pag. 45. id derivantes a JOVE PENNINO, cui in alpibus ara dedicata ſit. HALTAUSIUS e contrario in Calendario medii ævi pag. 10. opinatur, aſſertionem SCHERZII carere fundamento, & lectoris aſſenſum vix eſſe conſecuturam, addens: Valet itaque Leibniziana donec fortioribus argumentis deſtruatur. Conf. WACHTERI Gloſſarium.

Pflege.

Heiſt ſoviel als Dienſt, oder zinß und gült, die man jährlich thun oder geben muß zu benannter zeit. Pflege dicitur ſervitium vel cenſus determinato tempore quotannis præſtandus. VOCAB. SAXON.

Conf. JUS noſtrum PROVINC. c. 343. Lit. (D).

Pfund.

JURE PROVINC. cap. 402. *Das ſeind zwantzig Schilling pfennige. Ein Schilling macht zwölff pfenning. Pfund habet viginti ſchillingos, obolis numeratos, & unus ſchillingus continet duodecim obolos.* VOCAB. SAXON.

SCHILTERUS in Comment. ad cap. 24. J. F. ALEM. dicit: Libram obolorum duos eſſe florenos. Conf. HOFFMANNI *Müntzſchlüſſel* pag. 277. WEHNERUS voce: *Goldgülden*. *Gründliche Nachricht von Groſchen* p. 7. ſeqq. SCHILTERI Gloſſarium voce: *Müntze*. MOSERI *Staats-Recht*, tom. 6. pag. 494. Et ſupra ſub voce: *Marck*.

R.

Raiſen. Reiſen.

JURE PROVINC. c. 192. *zu Felde ziehen. Expeditionem facere.* Vide SCHILTERI Gloſſarium voce: *Reyſen*.

Ratsburg.

JURE PROVINC. c. 39. modo *Ratzenburg*, *Raceburgum*. Vid. IBID. Lit. (r).

Ratte, Rate.

JURE PROVINC. c. 258. 287. idem eſt, quod in Jure Saxonico hodienum dicitur *Gerada*, ſub eaque intelligitur *das Haußgeräth, damit die Frauen in der Manne häuſer umgehen, und das ſie in ihren gewälten haben, als ihre Kleider, Bett, und alles leinen geräthe* &c. *Was zur Gerade gehöret, und wer daſſelbe alles nehme. ſiehe* LANDRECHT *Lib. I. art.* 24. & *art.* 27. WEICHBILD *art.* 28. *in textu & Gloſſa.* Id eſt: *utenſilia quæ mulieres in maritorum domibus tractant, quæve in ſua habent poteſtate, utpote earum veſtimenta, quæ ad lectos inſtruendos ſpectant, & omnia linteamina* &c. *Quid ad Geradam pertineat, & quis hæc omnia capiat, vide* JURE PROVINC. Lib. I. art. 24. & art. 27. WEICHBILD art. 28. in textu & Gloſſa. VOCAB. SAXON.

Conf. GLOSSA JURIS FEUD. SAX. c. 56.

Quid vi SPECULI noſtri ad *Geradam* ſpectet, habetur in JURE PROV. c. 270.

Specificationem completam rerum hodie ad Geradam pertinentium vide in JOH. TITII *Erörterter Succeſſion und Erbfälle* &c. nec non in D. GOTTF. BARTHII *Ausführlichem Bericht von der Gerade*.

Ungerate tochter. JURE PROVINC. c. 258. dicitur: *Tochter die ledig und noch nicht ausgeſteuret iſt. Filia cælebs & nondum elocata. Filia vero conjugata & elocata* JURE SAXONICO vocabatur *eine ausgeradtete Tochter.* JURE PROVINC. Lib. I. art. 5. in gloſſa. WACHTERUS in Gloſſario voce: *Gerade* hanc vocem deducit a *raten, conſtituere*.

Rauben.

Rauben.

JURE FEUD. c. 129. pro: *Krauen, Kratzen, ſcabere, radere unguibus.* Vide TEN KATE tom. 2. p. 681. Ita eſt apud REINECKE de Vos Edit. 1711. pag. 305. *Welck eynen andern yaget, weynych de ſyck ſulven rauwet. Qui alium perſequitur, utplurimum ſe ipſum ſcalpit.*

Raumen.

JURE PROVINC. c. 231. extat: *Raumet ein Mann eines vogels*, pro: *zielet ein Mann nach einem Vogel. Si quis telum intendat in avem.* SPECULUM SAXON. hujus loco habet *Ramen*, quod in lingua Belgica hodienum ſignificat: *Deliberare, conſultare.* OTFRID. Lib. 4. c. 1⁻. verſ. 6. *thes houbites ramta, Er zielte auf das Haupt. In caput intendebat.* Et in NOTKERI Fide S. Athanaſii in SCHILTERI Theſauro tom. 2. p. 268. Col. 1. *Dara ramet ouh daz wir leſen in Evangelio. Dahin zielet auch was wir leſen im Evangelio. Illuc etiam tendit quod legimus in Evangelio.* Vide SCHILTERI Gloſſarium voce: *Ramen*, item WACHTERUM, qui id deducit a Ram, terminus.

Raunen. Runnen.

JURE PROVINC. c. 88. §. 3. JURE FEUD. c. 122. §. 3. Significat: *Leiſe ſagen, ins ohr ſagen, heimlich ſagen. Per ſuſurrum dicere, in aurem dicere, clanculum dicere.* In NOTKERI verſione Pſalmi 40. verſ. 8. verba: *Et adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei*, efferuntur: *Wider mir fuoron runendo alle mine fienda.* De hac voce fuſe egit FR. JUNIUS in Gloſſario Gothico & J. G. KEYSLERUS in Antiquitatibus ſelectis ſeptentrionalibus pag. 456. ſeqq. Conf. SCHILTERI Gloſſarium voce: *Runen* & WACHTERI Gloſſarium voce; *Raunen.* ECCARDUS in Diſſ. de uſu & præſtantia ſtudii etymologici in hiſtoria id derivat a *Reen, Rien, Rünen, ſcindere*, TEN KATE autem tom. 2. p. 324. a *Ronnen, Runnen, confluere, concurrere* &c.

Rayten.

Rechnen, berechnen, Rechenſchafft geben. Computare, ratiocinnari, rationem reddere. Vide JUS PROVINC. c. 270. §. 3. 280. 375. §. 3. JUS FEUD. c. 23. §. 2. *Raten, numerare.* Gothis *rathjo, numerus*, JOH. VI. 10. *garathana numerati.* MATTH. X. 30. Angloſaxonibus *gerad computatio.* Superat Germanis in *gerad* & *ungerad*, quo *numerus par & impar* denotatur, nec non in *rumrætig, qui laudes ſuas enumerare ſolet.* WACHTERI Specimen Gloſſarii voce: *Raten.*

Rechtlos.

Heiſt ſoviel als ehrlos und ohne recht, an dem niemand nichts verbrechen kan. Derhalben iſt rechtlos ſoviel als untüchtig, daß ſie nicht gezeugen ſein mögen. Lib. I. Art. 3⁻. Rechtlos eſt honoris & juris communis expers, in quem nemo delinquere poteſt: Rechtlos itaque dicitur quaſi teſtimonio perhibendo minus idoneus. Lib. I. Art. 37. VOCAB. SAXON.

Rechtvertigen.

Significat: *Zu rede ſtellen, gerichtlich anklagen. Dictorum vel factorum rationem exigere ab aliquo, judicialiter convenire.* JURE PROVINC. cap. 199. 246. 280. 345. JURE FEUD. c. 92. SCHILTERUS id transfert c. 21. *Citare.* BESOLDUS voce: *Berechtigen* dicit: *Rechtvertigen* ſignificare: *cauſæ cognitionem; Berechtigen* autem: *Sein recht thun oder ſtraffen, pœna promerita aliquem adficere.*

Reichsdienſt.

JURE FEUDALI c. 133. §. 2. *Heiſt, wenn der Kayſer allen Fürſten des Reichs gebeut ihm wieder des Reichsfeinde zu dienen und zu helfen. Reichsdienſt eſt, ſi Imperator omnibus Imperii Principibus expeditionem indicit contra Imperii hoſtes.* VOCAB. SAXON.

Richten. Rihten.

Pro: *Reichen, ausrichten, bezahlen. Præbere, efficere, expedire, ſolvere.* JURE PROVINC. poſt c. 340. §. 18.

Riſt.

JURE PROVINC. c. 350. *Uncz an das riſt, biß an den Knorren (uſque ad carpum)* uti effertur in R. J. DE A. 1548. §. 23. n. 6. In Legibus ADELSTANI vocatur: *Wriſte.* Du FRESNE voce: *Aquæ ferventis judicium.*

Röſch.

Pro: *Friſch, munter, hurtig, alacer, velox* &c. JURE PROVINC. c. 225. Lit. (y). Ita extat apud NOTKERUM Pſ. XXVIII. 9. *Veloces ad intellectum, Roſche ze vernumiſte.*

Roß.

In JURE noſtro PROVINC. c. 301. §. 3. *Pferd* & *Roß* a ſe invicem diſtinguuntur. Olim *Roß* erat *Equus præſtantior;* nunc autem eſt *equus vilis, trahendo aut ferendo oneri natus,* atque per metatheſin literarum oritur ab antiquo *Ors, Hors, Equus bellator* &c. *Hors* vero proprie denotabat *celerem, induſtrium.* Priorem ſignificatum vide in voce *Hirſch;* poſteriorem evincunt Gloſſæ KERONIS: *Induſtrius Hors, imers unhors, induſtria horski. Utrumque etymon perfecte convenit animali natura ſua indefeſſo pariter & veloci* &c. WACHTERI Specimen Gloſſarii voce: *Roß* conf. GLOSSAR. ipſum. Verum SCHILTERUS in Gloſſar. voce: *Ros,* dicit: *Ros a Ryſen, Reiſen dictum, ut Slos a ſließen, Kos a Kießen* &c. *Roß ergo eſt equus ad expeditionem & profectionem aptus, Reyſepferd, quo vel in expeditione bellica vel aulica vel alias utimur. Pferd eſt, quo vehiculum trahitur, Zugpferd.*

Rüigen.

Beſchuldigen, anklagen. Accuſare, denunciare. JURE PROVINC. c. 257. §. 3. 324. §. 1. &c. Ita habetur apud OTFRIDUM Lib. 4. c. 20. verſ. 29. & 30.

Worton tho ginuagen
bigondun ſie 'nan ruegen.
Verbis dehinc ſufficientibus
cœperunt eum accuſare.

Rüigen hodie eſt movere negotium, inquirere, forte a reegen, movere. LEIBNITIUS Collect. Etymol. part. 2. pag. 145. Sed TEN KATE tom. 2. pag. 682. id deducit a *Ruochan, curare, procurare, attendere* &c. Conf. SCHOTTELIUS de ſingular. & antiq. in Germ. Juribus, c. 9. §. 9. & WACHTERI Gloſſarium.

Rundt.

Pro: *Innerhalb, intra.* JUS PROVINC. c. 226. §. 6. *In rundt der Zeün,* pro: *innerhalb der Zeun, intra ſepes.* c. 365. *In rundt acht tagen, intra octo dies.* JURE FEUD. c. 133. *In rundt ſechs wochen, intra ſex hebdomadas.*

S.

Samlung.

Verſamlung, congregatio, a *ſamanon, ſamanan, colligere, congregare.* In JURE noſtro FEUDALI c. 153. eſt: *Hatt aber der Herr ſein ſamlung* (Alii habent: *Sameung, Samenung*) *auff den Man.* Quod SCHILTERUS vertit: *Si vero Dominus copias ſuas colligit adverſus vaſallum.*

Quoniam in monaſteriis quoque eſt *congregatio* monachorum & monialium, in veteribus ſcriptis voce *Sammung* ſæpius denotatur *monaſterium.* Ita legitur in KERONIS Interpretatione Regulæ S. Benedicti Theotiſca, cap. 1. *Municho fiores weſan chunni chund iſt, eriſta ſamanungeno daz iſt muniſtrilih* &c. *Monachorum quatuor eſſe genera, manifeſtum eſt. Primum* Cœnobitarum, *hoc eſt monaſteriale* &c.

Quandoque etiam denotabat eccleſiam. KERO: *Samanung, Synagoga, Eccleſia. Rumiskiu ſamanung, Romana Eccleſia.* Plura de hac voce habes in DIECMANNI Specimine Gloſſarii Mſti latino-theotiſci p. 19. Et in SCHILTERI Gloſſario voce: *Samanon.*

Satzung.

Heiſt ſoviel als verpfändung, es heiſt auch bißweilen Kummer. Satzung

zung est oppignoratio, quandoque etiam arrestum. VOCAB. SAXON.

Setzen igitur significat *verpfändten, oppignorare.* Vide JUS PROVINC. c. 121. 248. JURE FEUD. c. 70. 72. 92. 124. 125.

De oppignoratione rerum immobilium dicit HEIDERUS *in der Lindauischen ausführung* pag. 334: *Pfandschafft seu Satzung alicujus Castri vel oppidi in rei veritate est contractus emtionis venditionis cum pacto de retrovendendo.* WEHNERUS voce *Pfandschaft.* RUDIGERUS Cent. 4. Obs. 7. BESOLDUS voce *Pfandschilling.* Ejusmodi oppignorationum formulæ reperiuntur in Dn. DE LUDEWIG Reliq. Mst. tom. 7. pag. 1. num. 1. & 2. Vide etiam infra sub voce: *versetzen.*

Schaffen.

Significat in SPECULO nostro: *Einem durch seinen letzten willen etwas zueygnen. Verordnen, wie es mit der Verlassenschafft nach dem todt soll gehalten werden. Dare alicui aliquid ultima voluntate. De hereditate sua mortis causa disponere.* JURE PROVINC. c. 258. §. 3. 275. 283. seqq. Eodem sensu est apud LUDEWIGIUM Reliq. Mst. tom. 4. p. 286. Conf. WEHNERUS voce *Schicken.*

Schappel.

Ein Krantz & in specie *ein Rosenkrantz. Corolla*, in specie *rosarium.* JURE PROVINC. c. 270. §. 4. Ita legitur apud KOENIGSHOVIUM p. 123. *Do bot ime der König eine grüne Schappel. Tum Rex ipsi porrigebat viridem corollam.* Ejus derivationem a *schaffen, schaphan, formare, parare* &c. reperis apud TEN KATE tom. 2. pag. 345.

Scheinbott.

JURE PROVINC. c. 305. §. 3. *Ein bevollmächtigter, der in eines andern nahmen erscheinet, und das aufgetragene verrichtet. Mandatarius nomine alieno comparens & commissa peragens.* Hoc in sensu etiam extat in LÜNIGII Spicilegio Ecclesiastico tom. 4. p. 39. An SCHILTERI opinio prodita in Glossario, voce *Bott*, quod sc. *Schinbot sit Missus splendidus, illustris, honoratus, Ehrenbott*, sit fundata, aliis disquirendum relinquo.

Scheinen, ostendere, demonstrare, facere ut eluceat. NOTKERUS Ps. XLI. 9. *tages kebot truhten sina gnada, unde nahtes sceinda er sia, in die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte declaravit eam.* Verbum Germanis obsolescit, superat tamen substantivum inde oriundum, *schein, testimonium debiti liberati*, & frequentativum *bescheinigen, probare.* WACHTERUS in Specimine Glossarii voce: *Scheinen.* Hoc modo *Scheinbott* proprie esset *ein Bott mit einem Schein, mit einer Vollmacht versehen, nuncius mandato instructus.*

Schelten.

JURE PROVINC. c. 51. 90. Vide: *Beschelten.*

Scherge.

JURE PROVINC. cap. 27. Lit. (Q). *Der Büttel, lictor* &c. WACHTERUS in Glossario id deducit a *schergen, trudere, impellere motu violento. Scherge, lictor, qui nolentem trahit, pellit, præcipitat* &c. TEN KATE autem tom. 2. pag. 350. hanc derivationem invertit, dicens, *schergen* descendere a *scherg*, hanc vero vocem ori a *scheren, arcte extendere*, quoniam delinquentes *extendendo, intendendo*, & *arcte constringendo* torquent.

Schilling.

JURE PROVINC. c. 185. seqq. JURE FEUD. c. 90. *Ist zwölff pfenning. Ein pfund zwantzig Schilling pfennig: Schilling valet duodecim obolos. Libra habet viginti schillingos obolis numeratos.* VOCAB. SAXON.

SCHILTERUS Exercit. ad *v.* 19. §. 23. de origine hujus vocis tradit sequentia. *Vox autem Schillingi ex latina siliqua formata videtur, promiscue enim siliquas & solidos*

dos dictos fuisse, vel ex gl. ad Constit. Frid. de Pace ten. L. 2. F. t. 53. lit. k. constat.

Sed ECCARDUS in notis ad Legem Salicam pag. 13. opinatur: *Ex voce solidi factum esse scholidus, scholigus, scolingus, scellingus, tandem schillingus.*

DIECMANNUS in Specimine Glossarii &c. pag. 117. dicit: *Belgis schillen, verschillen, quod Sax. schälen, verschälen pronunciamus, differentiam & distinctionem unius ab altero notat. G. Skil, distinctio: Skilia, præfinire, determinare, distinguere: Skiling, mulcta, a judice definita, ver. J. p. 226. 227. Hinc apud nos Schilling, id est, ut hodie loquimur, Scheidemünze: Quomodo adhuc Dani minutiorem monetam Skillimynt appellant.* SPERLINGIUS de Numm. bract. & cavis, pag. 46. Sane hæc derivatio non esset reprobanda, si *schillingi* veteribus fuissent *Scheidemünze*, sive *minuta moneta*, de quo vero valde dubito, dum hæc denominatio obolis potius conveniat. Atque adeo magis mihi probatur opinio HOFFMANNI de hac voce, expopsita *im Münzspiegel* pag. 229. ubi ita: *Das Wort Schilling ist ein rechtes altes deutsches wort, so vermuthendlich von den Schellen oder Klingen derivirt und hergenommen worden, als ein klingender harter pfenning. Schilling est vocabulum antiquum Germanicum genuinum, derivatum, uti videtur, a tintinnabulis sive a tinniendo, quasi dicas nummus solidus tinniens.*

Nec non sententia SCHOTTELII, allegata a BESOLDO sub voce *Schilling* verbis: *Radix est forsan Schild, ut sit Schildling, quia antiquitus huic monetæ clypeus fuit impressus* &c. Conf. TEN KATE tom. 2. pag. 694. & 695. opinioni HOFFMANNI addens calculum.

Id quod eo minus mirandum, cum Belgæ non pronuncient *Schilling*, sed *Schelling*. Mihi vero SCHOTTELII sententia primo est loco, opinanti, *Schilling* idem esse ac *ein kleiner, ein geringer Schild, parvum scutum*, dum de moneta argentea duntaxat usurpetur, monetis aureis scuto signatis e contrario simpliciter *Schilde* nominatis (L). Atque hæc denominatio forsan est mutuata a Gallis, ejusmodi monetas aureas pariter *Ecus* appellare solitis (M). Hæc derivatio vocis *schilling*, eo fit probabilior, si perpendamus, plurimas monetarum species omni tempore a signis impressis nomen esse sortitas. Romani e.g. unum de suis nummis nominabant *victoriatum* ab effigie *victoriæ* ipsi impressa. Alios vocabant *Bigatos*, *Quadrigatos*, quod *bigas* vel *quadrigas* exhiberent. Nummos Gallicos si consideres, idem in iis deprehenditur usus, uti videre licet apud le Blanc. Nos Germani hodienum habemus *Kreutzer*, *crucigeros*, a *cruce* ipsis quondam impressa; *Batzen*, ita dictos, quod in vetustissimis esset *ein Bär*, *Civitatis* quippe *Bernensis insigne* (N) *Petermänger* ita dictos ab effigie *S. Petri*, quam repræsentant; *Kreutzthaler* ab impressa *cruce*; *Rosenobel* a *rosa*, & *Schiffnobel* a *navi*, quæ in iis conspiciuntur. WACHTERI opinionem vide in ejus Glossario.

Schildleben.

Feudum scuti est, quo scutum confertur a Domino Jure feudi, ut pro defensione Domini id gerat &c. SCHILTERUS in Comment. ad c. 101. J. F. Alem. Conf. OCKELIUS de præscriptione immemoriali c. 2. th. 39. pag. 72. WACHTERUS in Glossario vocem *Schild*

(L) Vide MATTHÆUM de Nobilitate. Lib. 2. c. 12. pag. 262. 263. 267. 419. & JURE GLADII p. 114. Ut & DIPLOMA CAROLI IV. DE A. 1357. apud Dn. KUCHENBECKERUM in Analectis Hassiacis Collect. 2. pag. 395.

(M) Ante A. 1641. nummi argentei Ecus dicti in Gallia erant ignoti, observante LE BLANC des Monnoyes de France p. 297.

(N) SCHILTERI Glossarium voce: *Bæz.*

Schild deducit a vetuſto *Skyla Skiula*, *tegere* &c. Add. TEN KATE tom. 2. pag. 358. & 378.

Schlachte.

Slahta, Slagte, Schlecht, Geſchlecht, genus, ſtirps, & qualitas generis, figuræ & conditionis. Allerſlach, allerſlahta, omnis generis. TEN KATE tom. 2. pag. 381. In JURE noſtro PROVINC. c. 238. §. 3. extat: *Und on aller ſchlachte veſtunge. Et ſine omni genere munimenti.* Vide SCHILTERI Gloſſarium, voce: *Schlachta*, & WACHTERUS voce: *Schlacht.*

Schölme.

JURE PROVINC. cap. 151. §. 18. *Nymbt es der ſchölme*, pro: *Nimt es der todt, ſtirbet es. Si mors illud auferat, ſi moriatur.* Eodem in ſenſu eſt in *Chronico* quodam *Norimbergenſi manuſcripto anno* 1556, ad annum 1552, ubi dicitur: *Daß in des Kayſers Heer vor Metz kommen ſeye, der ſchelm, hunger und froſt, daß in dieſer Belagerung ob den* 30000 *Mann ſturben* &c. Id eſt: *Imperatoris exercitum, Metas obſidione cingentem, invaſiſſe mortem ſive contagionem, famem & frigus, ita ut in hac obſidione plus triginta millia hominum perierint.* Alias vox hæc proprie ſignificat *ein Aas, cadaver.* Ita in Chronico KOENIGSHOVII pag. 10. legimus: *Der vant villichte einen ſcholmen flieſſen in dem waſſer. Hic forte invenit cadaver aquæ innatans.* De ejus derivatione a *ſchelen, excorticare, excoriare, cutem detrahere*, vide ECCARDUM in notis ad Legem Salicam tit. 33. §. 3. pag. 66. & TEN KATE tom. 2. pag. 356. 357.

Schöpffen. Schöffen.

Des Richters Beyſitzer. Adſeſſores Judicis, ita dicti a Germanico *Schöpffen, eligere, creare, vel conſtituere*; vel a *jure inveniendo* vel *hauriendo vom urtheil ſchöpffen* oder *finden.* MEINDERS de Judiciis Centenariis pag. 26. 35. 272. Conf. TEN KATE tom. 2. pag. 344. HERTIUM vol. 1. tom. 2. pag. 435. & vol. 2. tom. 1. pag. 65. ECCARDUM in notis in Catecheſin Theotiſcam pag. 128. WACHTERI Gloſſarium voce *Schopfen.* Plura de iis videre licet apud BRUMMERUM de *Scabinis.*

Schrande, Schrannen.

JURE PROVINC. c. 101. 144. Hodie *die Schrancken, cancelli.* Eſt *circumſeptio, qua interius loci alicujus ſpatium ab exteriori ſeparatur.* Ejus originem a *Schrencken, contrahere* &c. vide apud TEN KATE tom. 2. p. 376. Vox hæc etiam uſurpatur pro: *menſa, ſcammum.* Ita eſt apud OTFRIDUM Lib. 2. c. 11. verſ. 33.

Ziſtiaz er die ſkrannon
thenſelben Koufmannon.
Perfregit menſas
iſtis mercatoribus.

Sive uti in ſubnexa nota id redditur: *Perfregit ſcamna* &c. KERO: *Scrannon, Scannis.*

Schrayat. Schruat.

Das *Halseyſen*, der *Laſterſtein. Numelli.* Vide SCHERZII notas ad c. 188. JURIS PROVINC. ALEM. Hic poſt c. 218. Lit. (y). Conf. NOSTRUM c. 392. Lit. (D) & poſt CAP. 416. NUM. 16.

Schub.

Der Schub idem eſt ac: *Die ſach oder that auf einen ſchieben. Seinen Mann nennen und ſtellen. Intuitu cauſæ alicujus vel facti ad alium provocare. Auctorem ſuum nominare & ſiſtere.* Sive, uti SPECULUM SAX. Lib. 2. Art. 26. & Art. 36. id effert: *Seinen Gewehren haben*; quod idem. Ita Jus noſtrum PROVINC. c. 161. §. 2. habet: *Wann es geſchicht oft, daß man diebig oder räbig gut in eins andern gewalt vindet und ſchiibt es auff einen andern, und der auch auff einen andern, und alſo dick wirt es geſchoben uncz es kommt an den, der es verſtolen oder geraubt hat, auff den ſoll man es ſchieben. Cum ſæpius accidat, ut res furtiva vel rapta in alicujus cuſtodia reperiatur, qui hujus nomine provocat ad alium, hicve iterum ad alium, & ſic porro, uſque dum deveniatur ad*

illum, qui rem furto abstulit vel rapuit; in hoc delictum hæreat. Atque CAP. 163. §. 5. est: *Und mag sie des überkommen mit dem schub*, pro: *kann man die that auf sie bringen und schieben. Si facti possint convinci mediante cujusvis autoris denominatione.* Conf. CAP. 211. 349. §. 9. 390. CAP. 173. §. extat: *Hatt man den schub*, pro: *Wird der Diebstal oder Raub bey ihm funden, also daß man die that mit dem gestohlenen oder geraubten Gut selbsten auf ihn schiebet, und ihn damit überzeuget. Si res furto ablata vel rapta apud ipsum inveniatur, atque adeo de delicto hac ipsa possit convinci.* Et CAP. 191. *Mann sol jn des raubs überkommen mit dem schub*, das ist: *Man soll ihn überzeugen mit dem gut, das er geraubet hat, und bey ihm gefunden worden. Convincatur de rapina ipsa re rapta, apud ipsum inventa.* Hocve dicitur: *der wahre schub, vera delicti investigatio*, in *Diplomate Ludovici Imp. de A.* 1332, apud HEIDERUM *in der Lindauischen Ausführung* pag. 653. Conf. DATT de Pace publ. Lib. I. c. 1. num. 71. SCHILTERI Glossarium hac voce.

Schub dicuntur etiam sportulæ judici hoc casu debitæ. JURE PROVINC. c. 161. §. 2.

Schwertesbalb.

Von vätterlicher seiten. Ex parte patris. JURE PROVINC. c. 414.

Schwertemaug.

JURE PROVINC. c. 287. §. 2. *Heisset der einem gefreündet ist, aus rechter Blutfreündtschaft, von mannlicher seiten her. Schwertemaug est consanguineus ex parte marium.* VOCAB. SAXON. Videatur RÜDIGERUS Cent. 4. Observ. 53. BESOLDUS hac voce.

Sedel.

JURE PROVINC. c. 285. dicitur: *Ein sedel, do der Vatter auffsas. Fundus in quo pater residebat.* Hæc vox procul dubio descendit a *sitzen, sedere.* OTFRIDUS Lib. I. c. 5. v. 93.

Ist sedal sinaz
in himile gistattaz.
Et sedes illius
in cœlo constituta.

NOTKER. Ps. 68. v. 26. *Fiat habitatio eorum deserta.*

Wuoste werde iro anasidele.

Dn. SCHANNAT in Buchonia veteri c. 1. §. 7. pag. 324. voci *Sedel* longe aliam tribuit originem. *Curtes Salicæ*, ait, *dicebantur theotisce Selehove, seu, ut habent passim literæ feudales, Sedelhove, in quibus mares superstites excludunt feminas* &c.

Verum cum Dn. SCHANNAT opinionem suam nulli superstruat argumento, de ejus veritate liceat mihi dubitare. Mihi videtur, *Sedel* fuisse fundos exiguos plebejis vel rusticis colendos sub certis conditionibus traditos. Vide FRITSCHII Supplementum THESAURI PRACT. BESOLD. voce *Siedelhöfe*. SCHILTERUS de Curiis dominicalibus §. 15. opinatur quidem, voce hac etiam denotari posse *bona fideicommisso subjecta*, s. *Stammgüther*: sed cum & hic probatio deficiat, de hoc significatu valde dubito.

In INSTRUMENTO, cui titulus: *Geschichtbuch und schriftliche versicherung, welchergestalt die Marck in der höhe umb den feldberg hero, zusambt darüber eine beständige Ordnung, Erklärung und Auslegung &c. aufgericht ist worden. Actum Obern Ursel auff der Awe*, 1484. Getruckt 1586. 4to habetur §. 19. Item: *Wann und wie dick ein Waldbotten noth bedünckt Märckerding zu halten, so mag er durch den gemain Schreier ein Märckerdingtag vor Ursel auf die Awe verkünden lassen, und alsdann soll ein jeglicher Landtsidel solches seinem Lehenherrn verkünden, und sollen alsdann der Landsiedel und Lehenherr auf solchen tag kommen, bey peen und verlust achten halben schilling heller &c.* Id est: *Quando & quotiescumque Nuncio Judicii forestalis necessarium visum fuerit, ut Judicium terminale celebretur, per publicum proclamatorem ad Ursulam auf der Awe habendum indici-*

indici curare ipſi integrum eſt, & tum quilibet colonus hoc domino ſuo indicet, colonusque & dominus in eodem Judicio compareant ſub pœna & amiſſione ſeptem librarum & dimidiæ obolorum.

In *Privilegio Imp. Ludovici de Anno* 1341. Civitati Francofurtenſi conceſſo eſt: *Daß wir wöllen, daß ſie und alle ihr Landſiedel, und auch allen ihre gut, die ſie auf dem Landt habendt, alle die recht und freyung haben, gen aller männiglich, die unſer und des Reychs Statt Nürmberg, und die Bürger daſelbſten, ihr Landtſiedel und ihre gut uff dem Landt habendt &c. Quod eſt: Quod velimus, ut ipſi & omnes ipſorum coloni, omniaque ipſorum prædia omnibus juribus & privilegiis erga quemcunque gaudeant, quibus Noſtra & Imperii Civitas Norimbergenſis ejusque Cives, illorum coloni & prædia gaudent.*

De *contractu* & *jure colonario* exacte agit JUS PROVINCIALE SOLMENSE Part. II. tit. 7. Quem titulum TABOR in Commentatione ſynoptica de *contractu* & *jure colonario provinciali* pro more ſuo ex Jure civili illuſtravit.

Hunc *contractum* & *jus colonarium* Dn. DE LUDEWIG de Jure clientelari Germanorum ſect. 3. c. 7. Jo. ULR. CRAMERUS *in denen Unvorgreiflichen Gedancken von der &c. Landſiedeley*, nec non BURI *in der Erläuterung des Lehenrechts* pag. 1003. etiam exponunt. Et in KUCHENBECKERI Analectis Haſſiacis Collect. 3. pag. 101. ſunt CHR. FRID. AYRMANNI Obſervationes nonnullæ Haſſiacæ ad *contractum* & *jus colonarium*, *Landſiedelleihe* & *Landſiedelrecht* dictum. Literas inveſtituræ huc facientes reperimus in LUDOLFI Obſerv. forenſ. tom. 2. pag. 631.

An hæc bona, *Sedel* dicta, de quibus textus noſter agit; cum *feudis ſellæ*, denen ſogenannten *Sattellehen* oder *Sattelgüthern* (de quibus videre licet FRITSCHIUM in Continuatione Theſauri Beſoldiani & MEINDERS in Diſſert. 2. de Jurisdictione colonaria pag. 105.) conveniant, an ab iis diſtent, ulteriorem diſquiſitionem requirit. In *Diplomate* quodam *Mſto Caroli IV. Imp. de A.* 1358. Communitatem Judæorum Francofurtenſem concernente habes: *Wonhafftig* oder *Sattelhaftig*, *alicubi domicilium habens.* De hoc bonorum genere videatur & BURI cit. loc. pag. 1218.

Seele behalten.

Pro: *Seele erretten, ſeelig werden. Animam redimere, ſalvari.* JURE PROVINC. c. 375. §. 11.

Seelen theil.

JURE PROVINC. c. 258. §. 3. 266. 273. Quondam moris erat, ut ſi quis ſine ultima voluntate, ſive ſine diſpoſitione de bonis ſuis mobilibus decederet, ejus tamen heredes certam rerum mobilium partem ad pias cauſas darent, & hæc dicebatur *der Seelen theil*, ſive *portio hereditatis pro anima data.* SCHILT. Exerc. ad ff. XI. §. 25. Si defunctus eſſet homo proprius, Dominus quartam rerum mobilium partem pro ejus anima dare tenebatur. JURE PROVINC. c. 293. Hæcve *animæ portio* (*Seelen theil*) ſi defunctus de eadem ipſe non diſpoſuiſſet, modo ſequenti dividebatur: Primam partem capiebat Parochus, ſecundam pauperes, tertiam elargiebantur pauperibus peregrinatoribus trans mare iter facientibus. JURE PROVINC. cit. c. 293.

Seld.

JURE PROVINC. c. 54. §. 7. & 8. pro: *ſeegen, glück. Benedictio, Fortuna ſecunda, ſalus.* Apud KOENIGSHOVIUM pag. 5. eſt *unſelde* pro: *unglück, fortuna adverſa.* In *Chronico Rhytmico Principum Brunſuicenſium* apud LEIBNITIUM tom. 3. Script. Brunſuic. pag. 45.

De vor do ok an Calabri lant:
Des wan he eyn michel deil
Glücke unde Salde droch sin
heil &c.

Tum expeditionem quoque faciebat in Calabriam
Cujus magnam partem expugnabat;
Prosperi successus & salus ipsius sors erat.

Ubi LEIBNITIUS in adjecta nota observat: *Salde est salus.* Apud NOTKERUM Pl. III. v. 2. dicitur: *Salda daz ist benedictio. Salda geben alte liute iro chinden, daz hiez benedicere.* Et in FR. JUNII Glossario Gothico: *Sel, bonus; unsel, malus, pravus. In hairtin Godamma gah sel gamma, In corde bono & optimo.* LUC. VIII. 15. *Unsel augo, nequam oculus.* MATTH. VI. 23. MARC. VII. 22. &c. Vide SCHILTERI Glossarium voce: *Salda.*

Semlich.

Vide: *Sumilich.*

Semperfrey.

De origine & genuino significatu hujus vocabuli eruditi dissentiunt. Quidam id venditant pro latino; alii e contrario asserunt, quod sit mere Germanicum.

Dn. DE LUDEWIG *in denen Unerkannten Wahrheiten aus der guldenen Bulle* pag. 46. priorem adoptavit opinionem, vocem scilicet *Semperfrey* ex latino *semper* & ex Germanico *frey* esse conflatam, & forsan idem significasse quod *Imperii Exemtus, qui sedem ubique figere, negotiari, & bona immobilia acquirere potuerit, nullis intuitu personæ suæ præstitis eo nomine servitiis.*

In eadem opinione est PFEFFINGERUS ad Vitr. tit. §. 19. lit. (m) pag. 758. *Semperfreye: Qui ab omni tempore a ministeriis, Ducibus maxime, sub quibus degebant, præstandis, liberi fuere.* Similiter BRAUNIUS *in dem Adelichen Europa* c. 6. Ut & OCKELIUS de præscriptione immemoriali c. 2. th. 31. Conf. HEIDERI *Lindauische Ausführung.* pag. 589.

GOLDASTUS vero a PFEFFINGERO cit. loc. allegatus, in notis ad *Burchardi Casus Monasterii S. Galli* cap. 9. tom. I. Antiquitatum Alamannicarum part. I. pag. 133. de iis contrariam fovet opinionem. *Liberi homines*, ait, *Freyherr, quorum majores nullam, quod sciatur, servierunt servitutem. Et hi proprie nobiles. Nam qui ex servitute manumissi, libertatem consequebantur, ingenui dicti, & ab Alamannis Semperfrey, ex formula manumissionis: Semper ingenuus atque securus existat; cujus exemplum extat in Charta VIII. tom. 2. & apud* CUJACIUM *Observat. Lib. 14. cap. 27. Itaque in Charta VIII. dicti tomi: Ab omni servitutis jugo sit exutus in perpetuum. Hæc formula, avorum memoria, sublato manumissionis ritu, iis aptari cæpit, qui Baronum ordini ab Imperatore primum adjiciantur, ut juberentur esse, ac dicerentur porro Semperfrey, quæ appellatio olim, ut diximus, nota erat libertini generis, apud majores autem nostros, novorum Baronum, der neugebackenen Freyherrn &c.*

GOLDASTUS tamen hanc suam sententiam postmodum mutasse, & aliam eamque meliorem notionem de voce *Semper* sibi formasse videtur. In suo enim *Rationali Constit. Imperial.* tom. 4. Class. 1. & 2. content. p. 79. dicit: *Sempermannen. Quos hodie fortasse diceremus Sentherrmannen, quod est, si interpreteris, viros probos & moderatos, vitæ pariter & fidei minime suspectæ, quorum testimonium erat irrefutabile & omni exceptione majus.*

LYNCKERUS in Libertate Statuum Imperii &c. ad A. B. p. 23. vocem *Sempermann* habet pro genuina germanica, dicens, *Semper* sive *Sempre* antiquis idem fuisse quod *ingenuus, redlich.*

Videamus

Videamus nunc quoque, quid SCHILTERUS de hoc vocabulo sentiat. Ita vero ait in Comment. ad cap. 1. J. F. ALEM. §. 18. *Usos esse Alamannos voce Momper, constat ex* LEHMANNI *Chronico & aliunde, & quidem pro tutore, aut & procuratore: est autem contracte pronunciatum ex integro Mundbar, unde Mundebarde, tutela. Vid.* DU FRESNE *in Glossar. Ad eundem modum cum vocula semper comparatum est, id enim plene atque integre sonat Sendbar, quod compositum est ex Send, Synodus, Placitum, Mallus & Conventus publicus Regis, Episcopi & Comitis* (O); *Sicut apud Saxones Schöppenbar eodem fere significatu dictus, qui etiam Bannitus. Videlicet non omnes erant capaces Synodis ac Placitis adsidere, sed sanguine & virtute clari. Itaque Schöppenbar, Sendbar & Semperfrey, sicut & Schöppenbarfrey dicti hi, qui jure suffragii in synodis & placitis gauderent. Atqui hi fuerunt Nobiles Vasalli immediati tempore Carolino. Mutata deinde rerum forma ex parte, atque facta jurisdictione, etiam omnimoda, patrimoniali, nihilominus retinuerunt veteris nobilitatis & immediatæ familiæ, non tantum Baronum, sed & Comitum, imo & Principibus hoc vocabulum commune est. Recessus Imperii Friderici II. in Comitiis Moguntinis an.* 1236. c. 1. *An allen sachen, die hievor geschrieben sind, mag ein jeglich Semperfreymann* (P) *der sein recht hat behalten, er sey Fürst oder ander Hochmann, helffen Bezeugen, was er weiß* (i. e. *In omnibus causis supra scriptis, quilibet Imperii Immediatus, qui jura sua servavit integra, sive sit Princeps, sive alius vir illustris, inter alios testimonium ferre potest de eo, quod scit.*) *Retinuerunt itaque, quibus placuit, antiquis stare moribus, hunc titulum Sendbar vel Semperfrey, ad designandam immedietatem & jus suffragii in Comitiis Imperii, atque ad differentiam non tantum Comitum & Baronum & Nobilium mediatorum, sed etiam novitiorum, & quorum majores Immediati non fuerunt, nec suffragium in Curiis & Placitis tulerunt.*

Semperlüte, dicit porro §. 26, *esse honoratiores de plebe, Erbar und unbescholtene Männer, qui veteri jure Synodis & Placitis Sculetorum adsidere & interesse poterant.* Posito hanc descriptionem derer Semperlüte esse veram, SCHILTERUS tamen in sequentibus errat, ubi eandem attribuit *denen Sempermannen. Sendbarman*, ait, *alias Scabinus, quasi diceres homines synodales, vel Adsessores plebeii, vel qui capaces saltem sunt hujusmodi muneris publici.* Supra cit. *Recessus Imp. Friderici II.* de contrario nos satis convincit, scilicet vocabulum hoc, ad minimum quandoque, etiam significasse *Principes & alios viros illustres, hohe Männer*, uti ibidem appellantur. Sententia SCHILTERI, vocem *Semper* idem esse quod *Sendbar*, hoc etiam fit probabilis, quod personæ, in *Recessu Imperii, sub Friderico II. A.* 1236. *sancito*, c. 5. *Sempermannen* dictæ, in *Statutis*

(O) SCHILTERUS oblitus est hic adnectere: *Et bar, quod pertinentiam, proprietatem aut qualitatem rei, cui apponitur, significat, ut Ehr, Ehrbar, Frucht, Fruchtbar* &c. SCHOTTELIUS de singul. Germ. juribus c. 6. §. 3. Conf. WACHTERI Specimen Glossarii p. 10. & Glossarium ipsum in Prolegom. Sect. VI.

(P) In LUNIGII Archivio Imperii Part. spec. Cont. 1. p. 1. & apud GOLDASTUM Constit. Imp. tom. 4. p. 80. habetur: *Sempermann.* GUNDLINGII meditationes de hac voce vide in der Erläuterung der Guldenen Bulle, pag. 203.

tutis ejusdem Imperatoris de a. 1234. nomine *hominum synodalium* insigniantur, uti DATTIUS de Pace publica Lib. I. c. 4. n. 11. observavit. Alibi, uti modo alleg. DATTIUS tradit, dicuntur: *Personæ authenticæ.* Item *Erbare Männer* &c. *Viri honesti & fide digni.* Huicve SCHILTERI opinioni calculum quoque addidit COCCEJUS in Juris publici prudentia cap. 15. sect. 3. §. 33.

Consideratis hucusque diversis Eruditorum opinionibus de hoc vocabulo, breviter subjungo, alios adhuc in vernacula nostra dari fontes, unde illud commode posset derivari. Vocula *Semper* forsan idem est ac *Samptbar*, ex *Sampt*, *gantz*, *totus* vel *omnino* & *Bar*, *aptus*, *utilis*, compositum. Vel ex *Sun*, *Son* & *Bar*. Vocula *Sun*, *Son* autem priscis temporibus designabat *Speciale*, *Singulare*. In BERNH. PEZII Thesauro Anecdotorum novissimo tom. I. in *Miscellaneis Theodiscis* p. 408. extat: *Specialiter*, *suntrigo*. Et in *Brunonis Episcopi Herbipolitani Diplomate de anno* 1036. apud LUNIGIUM in Archivio Imperii Spicil. Eccles. Part. II. p. 718. *Quod curiam quandam in Paderbornensi Episcopatu sitam, ex re nomen habentem, Sunrike, id est regnum singulare* &c. unde etiam voces usu hodienum frequentatæ: *Sonder*, *besonder*, *sonderlich*, *sonderbar*, *insonderheit*, *singularis*, *specialis*, *singulariter*, *præcipue*, *imprimis* &c. sine dubio descendunt. *Sunbar* itaque vel *Semper* idem esset ac: *Singulariter*, *specialiter* dignus, excellens, utilis &c. *Sunbarfrey* vel *Semperfrey*, *der vor andern sonderlich frey ist*, *Ein Höchstfreyer*, *Qui singulari modo & in excellentiori gradu liber est*. *Sunbarmann* vel *Sempermann*, *Ein besonderer und vor andern tüchtiger und capabler Mann*, *Vir insignis & præ aliis idoneus & aptus*. Atque hæc derivatio eo etiam posset confirmari, quod habetur in *Alberti Regis Literis transactionis & unionis Castrum inter & Civitatem Fridbergensem de anno* 1306. ibi enim ita: *Zu dem ersten sprechen wir, daß die Burger kysen sullent sechs Burgmann uff jren Eyd, dieselben sesse sollin zu ihn gein in den Rat, und welche sy kysen, die sullen ihn die Burgmann entworten, die Sonber und rather sin* &c. *Primo statuimus, ut cives eligant sex Castrenses vi juramenti sui, hive ipsorum Senatum frequentent, & quos isti eligunt, hos ipsis Castrenses permittant juris adsidendi in Senatu & suffragii capaces.* Et paulo post: *Wer es auch, daß die Burgmann diichte, daß ander Burgmann Sunberer und weger weren, danne die, die die Burger kuren* &c. *Quodsi etiam Castrensibus videretur, alios Castrenses electis a civibus esse insigniores & digniores* &c. Literæ hæ transactionis prostant *in dem Gründlichen Bericht des H. R. Stadt Friedberg stand, Regalien &c. wieder der Burg Neuerungen* part. 2. pag. 5. ut & in LUNIGII Archivio Imperii part. spec. Cont. 3. sect. 3. p. 104.

Hæc sufficiant de hac voce. Breviter duntaxat adhuc exponenda sunt, quæ SPECULUM nostrum SUEVICUM de hoc hominum genere habet. Ibi vero sunt *Semperfreye*, *Semperfreymann* & *Semperlüte*.

Semperfreye vi JURIS nostri PROVINCIALIS c. 49. sunt, *die Fürsten und die andere Freyen zu Mann haben*, *Principes, & qui alios Liberos homines habent vasallos.* Uno verbo, ex SPECULI nostri sententia, *Status Imperii Immediati*, uti & cap. 50. §. 2. vocantur *die höchstfreye*, *in summo libertatis gradu constituti*. Vide KOPPIUM de insigni differentia inter S. R. J. Comites & Nobiles immediatos, sect. 1. §. 21.

Quod attinet Vocabulum *Semperfreymann*. JURE PROVINC. c. 309. sive *Sempermann*, uti in *Legibus Friderici II.* ap. GOLDASTUM in Constit. Imp. part. 2. p. 17. c. 1. §. 6. & pag. 20. cap. 20. appellantur, credo, minus falli, qui sub hoc nomine, ubicunque demum inveniatur, Optimates

mâtes Reipublicæ intellexerit. Ne vero hac in re errorem prolabaris, ante omnia consideres velim, quo quis intuitu nominetur *Semipermann.* Quodsi enim hoc fiat intuitu *universi Imperii*, absque dubio intelligendus est *Status Imperii immediatus.* Si fiat intuitu *Episcopatus* vel *Principatus*, designantur *Primores* sive *Optimates* ejusdem regionis. Si vero fiat intuitu *Civitatis*, *Judicii* vel *Communitatis agrestis*, *Civium Honoratiores*, *Judiciique & Communitatis Honestiores* denotantur, qui in JURE SAXONICO vocantur *Schöppenbar frey Leut*, *juris judicii adsidendi capaces.* Vide VOCAB. SAXON. & JUS PROVINC. Lib. I. Art. 2. in glossa.

Quinam fuerint *die Semperleute*, inventu æque haud difficile. Cum enim in JURE nostro FEUDALI cap. I. septimus & ultimus clypei militaris ordo iis adsignetur, hoc nomine alii venire nequeunt, quam *Honoratiores de plebe*, *Erbare und unbescholtene Männer* &c. uti supra a SCHILTERO describuntur. JUS nostrum PROVINC. c. 8. dicit: *Den siebenden Heerschilt hebt ein jeglich Man der nicht eygen ist und ein Eekind ist. Quartum clypei militaris ordinem habet quicunque non est homo proprius*, *quive ex legitimo thoro est procreatus.* Conf. tamen PH. JAC. LAMBACHERI Dissert. epistolarem de ætate Speculi Suevici, cui supra allèg. SCHILTERI descriptio nullo modo satisfacit.

Send.

Judicium Ecclesiasticum Archiepiscoporum in JURE nostro PROVINC. c. 44. dicitur *Send*; *Episcoporum* vero *judicia ecclesiastica* cap. 45. *Christenliche Ding. Send erat Annale Judicium Ecclesiasticum*, *ubi in villis & pagis Archidiaconi per Officiales cognoscebant de illis criminibus*, *quæ erant in anno illo denunciata*, *& ad hanc jurisdictionem pertinebant* &c. SCHOTTELIUS *de singularibus in Germania Juribus*, c. 6. qui etiam existimat, vocem Send non a Germanico *Senden*, verum potius a *Synodo* derivandam esse. IBID. §. 9. Conf. GERICKENII Spicilegium ad Schottelium. De his Judiciis & visitationibus Ecclesiasticis fuse egit BOEHMERUS in Jure Ecclesiast. Lib. 3. tit. 39.

Setzen.

Vide: *Satzung.*

Sicherbott.

Pro: *Vormund. Tutor.* JURE PROVINC. c. 319. §. 3.

Sinen.

Pro: *Anzeigen*, *andeuten*, *ankündigen. Indicare*, *denunciare.* JURE PROVINC. c. 95. Lit. i. *Wer die vorgebot sinet*, pro: *Wer fürgebietet*; *Wer das fürgebot ankündiget. Qui citat*; *Qui citationem denunciat.*

Sinwellen.

JURE PROVINC. c. 172. *Sinwellen schild*, pro: *rundter schild*, *scutum rotundum*, uti hoc reddit SPECULUM SAXONICUM Lib. I. Art. 63. Ita habemus apud KOENIGSHOVIUM pag. 45. *Bi dem synewelln ballen mercke ich daß ich wurde besitzende die synewelkeit dirre welte. Ex pila rotunda perspicio*, *quod sim possessurus hunc orbem terrarum.* SCHILTERUS hic observat, *Historiam Germanicam de Alexandro M.* Argentorati Anno 1488. impressam horum loco habere sequentia: *Du hast mir auch eine rotunde kugel und bal gesand, das bedeut daß ich die gantzen scheiblingen rotunden welt alle betwingen wiird. Misisti mihi etiam globum sive pilam rotundam*, *qua indicatur*, *quod totum terrarum orbem sub jugum sim missurus.* Plura de hac voce extant in SCHILTERI Glossario voce: *Sinowolde.*

Sippzahl.

JURE PROVINC. c. 256. *Seynd und heissen die grad im Erbgang. Sunt & dicuntur gradus consanguinitatis in successione ab intestato.* VOCAB. SAXON.

Antiquissimis temporibus Sib *sive* Sip *significavit stirpem vel truncum arboris*, *unde rami progerminant. Sane Julii Cæsaris ævo Gallis* Cip *sive*

ſive Cippus *erat truncus arboris, prout ipſe teſtatur Lib. 7. de Bello Gall. c. 73. Inde Gallis hodiernis remanſit cep, Italis ceppo, Campris cyppyl eodem ſignificatu. Iisdem temporibus remotiſſimis, inquam, atque antiquiſſimis eadem vox ſenſu figurato denotavit cognationem ſive conjunctionem ſanguinis, ob ſimilitudinem cum arbore &c.* WACHTERUS in Specimine Gloſſarii voce Sip. Conf. GLOSSARIUM ipſum.

Ita eſt apud NOTKERUM Pſ. 47. verſ. 10. *Alſo der lilio iſt undir dornim, alſo iſt min nahſippa in mitten tohteron. Sicut lilium inter ſpinas, ita proxima mea in medio filiarum.*

Ceterum vocula *Sibb, Sibba* etiam denotabat *Pacem, den Frieden*, uti videre licet apud WACHTERUM cit. loco, & in SCHILTERI Gloſſario.

Sippebrecher.

Ein Blutſchänder. Qui inceſtum committit. JURE PROVINC. poſt cap. 378.

Smutzen.

Pro: *Schmeutzen. Emungere.* JURE FEUD. c. 129. Lit. Q.

Son. Süne. Sönen.

JURE PROVINC. Præfat. §. 5. *Söna, ſuna, ſiimen, ſönen, expiare, reconciliare &c. vertragen, vergleichen, verſöhnen.* Ita extat apud KOENIGSHOVIUM pag. 34. *Daß ſii woltent eine ſune han gemacht*, pro: *Daß ſie woltent einen Vertrag, einen Vergleich, haben gemacht. Quod iniiſſe voluerint transactionem.* In *Fœdere Civitatum de Anno* 1340. apud DATTIUM de Pace publica pag. 78. legitur: *Wann es geſonit würde*, pro: *Wann es verglichen würde. Si de eo tranſigeretur.* Et apud GOLDASTUM Alaman. Antiq. tom. 2. pag. 34. *Et ut firmior & credibilior omnibus in futurum maneret, placuit inter nos chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tuitiſce Suonbuoch nominamus.* In ULPHILÆ verſione Evangel. Goth. MARC. X. 45. dicitur: *Gah giban Saiwala ſeina ſaur managan Saun. Et daret animam ſuam in redemtionem pro multis.* In WILLERAMI Paraph. Cantici Cant. c. 8. verſ. 11. *Der mit ſinemo tode ſuona hat gemachet. Qui morte ſua expiationem fecit.* Et in OTFRIDI Evang. Lib. 2. c. 18. verſ. 46.

Far biſuani thih er.
Vade, reconcilia te prius.

DU FRESNE voce: *Cenegild, Cynegild* dicit: *Eſt ea compoſitionis ſeu mulctæ pars, quæ ab interficiente & ejus cognatis reddebatur interfecti cognatis, ob amiſſum conſanguineum. Quo ſpectat illud* TACITI *de M. G. Recipitque ſatisfactionem univerſa domus, ubi de luendo homicidio agit.* Hæc a DU FRESNE tradita vera ſunt; Verum in ſequentibus erravit, exiſtimans, voculam *Cyn* vel *Cen* idem eſſe, quod *Cognatio*, cum tamen deducendum ſit a *Sön, Sün, reconciliatio.* Atque adeo *Cynegild, Cenegeld* proprie eſt: *Mulcta, vel pecunia pro reconciliatione & compoſitione Rei ſive occiſoris cum interfecti hominis proximis conſanguineis & Cognatis &c. Das geld das der todtſchläger des Entleibten Freundten, zu ihrer Befriedigung, und zu ſeiner Verſühnung mit ihnen, erlegte*, uti MEINDERS de Judiciis Centenariis pag. 156. bene obſervavit. In JURE SAXONICO dicitur *Wergelt*, de quo VOCAB. SAXON. habet ſequentia: *Wergelt heiſt, damit ſich ein Mann erwehren und ledigen mag von einer Klag, die man ſonſt wieder ihn um eine begangene that haben möcht, das ſind 24. alt Schock, damit man einen todten verbüſſet, nach Sachſenrecht, und das höchſte Wehrgeldt, daß man zu Sachſenrecht giebt, lauft nicht höher denn auff 18. pfundt, das ſind 24. alte Schock, lib. 1. Art. 65. in gloſſa. ſeynd 20. thlr. 1. pfund iſt 1. thlr. 2. gr. 8. pf. Wergelt eſt pecunia, qua quis ſe redimere & liberare poteſt ab actione, quæ alias ob delictum contra ipſum competeret, continens 24. alte Schock, quibus homicidium Jure Saxonico luitur, hæcve mulcta jure Saxonico ſolvenda 18. libras non transgreditur, & hæ ſunt 24. alte Schock, lib. 1. Art. 65. in gloſſa, i. e.*

viginti

viginti thaleri, una libra eſt unus thalerus, duo groſſi, octo oboli.

In *Udalrici Babenbergenſis Epiſtola* 113. in ECCARDI Corpore Hiſtorico tom. 2. pag. 102. legimus: *Si occiſus fuerit (Miniſterialis Babebergenſis Eccleſiæ) recompenſatio ejus X. libræ ſunt, quæ ad alios non pertinent niſi ad cognatos occiſi.*

Spachen.

JURE PROVINC. poſt cap. 92. §. 8. pro *Funcken, ſcintillæ.* Forſan deſcendit a *ſpeien ſpeiwan ſpuere, vomere*, quod ignis ſcintillas quaſi *exſpuat.* In *Gloſſ. Monſ.* pag. 328. obſervante SCHILTERO in Gloſſario, eſt: *Speihun, radii.*

Spilmann. Spilleut.

JURE PROVINC. c. 257. §. 10. 402. §. 8. In *Miſcellaneis Theodiſcis* apud PEZIUM Theſaur. Anecdot. noviſſ. tom. I. pag. 388. habes: *Hiſtriones Spilimen.* Sunt vagabundi, in cauponis cereviſiariis & vinariis, & quavis alia occaſione, ubi id petitur, hominibus pro levi pecunia operam ſuam, fidibus canendo vel alia ratione, locantes. GLOSSA JURIS SAXONICI Lib. I. Art. 50. de iis habet ſequentia: *Das wort Spielmann aber vernim von Fidlern, Lautenſchlägern und ihren genoſſen. Ja wiſſe, daß die Gauckler und Zauberer auch Spielleut heiſſen, ut infr. art. 51. in gloſſa. Vernim aber nicht diejenigen, welche auf künſtlichen Seitenſpielen und Inſtrumenten, nach der rechten Muſica ſpielen &c. Sondern die Geückler, und ſo mit dem Himmelreich und Lotterholtz umbziehen, und mit den hunden vor dem tiſch tantzen, und desgleichen &c. Vocabulum Spielmann accipias pro fidicinibus, eorumque ſimilibus; imo ſcias, præſtigiatores etiam vocari Spielleut, ut infr. art. 51. in gloſſa. Minime vero ſub hac voce intelligas inſtrumentis muſicis artificioſe modulantes &c. Sed præſtigiatores, circumvagantes & præſtigiis ſuis (dem Himmelreich und Lotterholtz) hominibus illudentes, canesque ad menſam ſaltare facientes.*

Quid? quod hæc vox etiam comprehendebat ita dictos *campiones, qui pro pecunia inter ſe decertare ſolebant*, quique vi JURIS noſtri PROVINCIALIS c. 415. pro infamibus etiam habebantur. Ita enim ſtatuitur *in dem* WEICHBILD Art. 80. *Und mag denn jener beweiſen und gezeügen, daß der Kæmpfer ein Spielmann ſey* &c. Quod verſio latina ſic reddit: *Si ille oſtendere, & teſtificare poterit, quod duellator pugil vel pro pecunia decertans ſit* &c. Conf. THOMASII Diſſ. de Noricorum cauſis adimendi legitimam §. 37. 38. & ſupra ſub voce: *Kämpfer.*

Sprintzen.

JURE PROVINC. cap. 373. *Sperber* & *Sprintz* eſt eadem ſpecies avium rapacium, priores ſunt femellæ, poſteriores vero, paulo minores, mares. *Eröffneter Ritterplatz* tom. 2.

Stadel.

JURE PROVINC. c. 151. §. 39. *Eine Scheuer. Horreum.* Origo hujus vocis a *Stadan, ſtare*, vide apud TENKATE tom. 2. p. 415. ſeqq. SCHILTERUS autumat, illam ſignificare *ſtabulum, ſtall, in deme Stadel hoff, in Dominico ſtabulo.* Mihi vero videtur, commode etiam reddi poſſe *in Dominico horreo, in dem Hoff, da des Biſchoffen Früchte geſammlet und die zum Feld- und Ackerbau gehörige geräthſchaft verwahret wurde; In dem Scheuerhoff.* Maxime cum in cit. *Artt. Argent. vett.* cap. 43. dicatur: *Zu dem ſtadelhoue des biſchoves, der da iſt innewendig der ſtat, git der Schultheize dricehen ochſen zu des biſchofs pflugen, die nimet er von den vellen der lute von dirre Stifte. Unt ein pferit das des hoves meiſter ſol riten, unt die ſad zu dem aker tragen &c. Scultetus ſubminiſtrat tredecim boves ad horreum Epiſcopi, quod eſt intra urbem, pro aratris Epiſcopi, hos ſumit de agris ſubditorum hujus Epiſcopatus. Et unum equum quo horrei Præfectus vehatur, quive portet ſemina ad agrum.*

Statt haben.

JURE FEUD. c. 75. §. 2. habetur: *Weders er ſtatt hat.* SCHILTERUS in Comment. quidem exiſtimat, verba hæc hic ſignificare: *Welche er will. Quos velit. Es ſtehe in ſeiner Wahl.* Electio penes ipſum eſt. Dum *ſtat, ſtät haben* idem ſit, ac *approbare.* Sed ego puto, iiſdem potius dici: *Welche er haben kann. Wie er kann. Quos habere potèſt.* Ita extat in JURE noſtro PROVINCIALI c. 163. in fine, *wa jm das ſtat wirdt*, hujus loco Codex Uffenbachianus habet: *Wo er das gethun mägk. Si hoc facere poſſit.* Et CAP. 274. dicitur: *Bereden mit ſeinen zweyen vingern, oder ſelb dritt ob er des ſtat hat*, ubi verba: *ob er des ſtat hat*, nihil aliud denotare queunt niſi: *Ob es ſeyn kann. Ob er ſie* (die zeugen) *haben kann. Si fieri poſſit. Si teſtes, qui cum ipſo jurent, habere poteſt.* Atque ita hodienum dicere ſolemus: *Es hat ſtatt. Es hat nicht ſtatt*, pro: *Es kan ſeyn; es kan geſchehen. Es kan nicht ſeyn; es kan nicht geſchehen. Eſſe vel fieri poteſt. Eſſe vel fieri nequit.*

Stätigkeit.

Pro: *Beſtändigkeit. Conſtantia.* c. 75. §. 2. JURE PROVINC.

Stund.

Anderſtund, pro: *Abermahl, zum andernmahl. Secunda vice.* JURE PROVINC. c. 41. §. 2. 114. 210.

Stymme.

Pro: *Stumm. Mutus.* JURE PROVINC. c. 136.

Sumilich. Sumelich.

JURE PROVINC. c. 43. Lit. (Q) & Lit. (d), pro: *Etliche. Quidam.* Ita eſt apud OTFRIDUM Lib. 3. c. 24. verſ. 145.

Tho ſprachun ſumiliche
Dixerunt quidam.

Sunwende.

Solſtitium. JURE PROVINC. c. 338. Lit. (D). *Sant Johannes tag ze Junwenden. Ita appellatur Dies Johannis Baptiſtæ, nomine deſumto a ſolſtitio, & quidem æſtivo. Solſtitium Germanis Sonnenwende, Sunbende, Sungihte, Sungicht, Singiht appellatur. Anglo-Saxonibus ſolſtitium dicitur Jungihte. Vid. Sonner. in Vocabul. Anglo-Saxon. dicitur iisdem Sunnſtede.* Vid. MARESCHALLUS in Obſerv. ad Evangel. Verſ. Anglo-Sax. ubi etiam notat, *in LL. Friſicis hanc diem appellari Sinte Johannes Des te midda ſomera. Nominatur etiam midde ſumeres maeſſe.* Adde SCHILT. *ad Kœnigshov. Chronic. p.* 458. SCHERZIUS *in not. ad h. l.* Conf. HALTAUSII, *Calendarium medii ævi p.* 108.

Swedre.

Pro: *Welcher. Qui.* JURE PROVINC. poſt cap. 3. §. 3. *Swederm, welchem. Cui.* JURE PROVINC. c. 129. §. 26.

Swen.

Pro: *Wem, welchem. Cui.* JURE PROVINC. c. 129. §. 23.

Swer.

Pro: *Wer, welcher. Quis, qui.* JURE PROVINC. c. 129. §. 22.

Swiu.

Pro: *Was. Quid.* JURE PROVINC. poſt cap. 190. ex SCHILTERI Theſauro c. 227. §. 1.

Sydel.

JURE PROVINC. c. 270. *Ein Kaſten. Eine Kiſte. Eine Lade mit einem Deckel. Arca, ciſta cum operculo*, dicta *ſydel*, ſive, ut habet SPECULUM SAXON. Lib. I. Art. 24. in textibus antiquis apud LUDOVICI, *ſedel* ſine dubio hanc ob cauſam, quod in ea ſedere, & loco ſedilis vel ſcamni eadem uti poſſimus. Harum arcarum ſpecies hodie adhuc diverſis nominantur in locis *Banckladen.* Textus latinus SPECULI SAXON. id reddit: *Parva ciſta.*

Täding.

T.

Täding. Tädingen.

In JURE noſtro FEUDALI rubrum cap. 117. ita ſonat: *Wie der Herr ſeinen mannen von erſt täding gibt*, in textu autem ipſo dicitur: *Wann der Herr ſeinen Mannen von erſt tag giebt.* *Täding* itaque idem eſt, ac *Tagding*, Gerichtstag. *Dies, terminus judicialis. Täding geben, einen Gerichtstag anſetzen, diem, terminum judicialem præfigere.*

VOCAB. SAXON. dicit: *Teiding heiſt ſoviel als Klage, und teidingen ſo viel als Klagen. Teiding eſt actio & teidingen agere in judicio.*

Vocabula *Täding, Tädingen* alias diverſas habent ſignificationes, quas hic adnotabimus.

Täding, tädingen ſignificat *Gericht, Gerichtstage, Gericht halten. Judicium, dies judicialis, judicium celebrare.*

Ita eſt in JURE noſtro FEUDALI c. 118. §. 3. *Ob es tädings zeit ſey*, pro: *Ob es zeit ſey das Gericht zu halten. Si tempus ſit, judicium celebrandi.* Item §. 4. *Tädings beginnen*, pro: *das Gericht anfangen. Judicium inchoare.* Conf. CAP. 144. Et CAP. 64. extat: *Zu tädingen, In loco Judicii.* JURE PROVINC. cap. 12. *Landtäding machen*, pro: *Landgericht halten. Judicium provinciale habere.* CAP. 102. & 123. *Zu den drey tädingen* pro: *zu den dreyen angeſetzten Gerichtstagen. Præfixis tribus terminis judicialibus.* Et CAP. 295. *Ze rechten tädingen*, pro: *zu denen rechten ihm angeſetzten Gerichtstagen. Ipſis diebus judicialibus eidem præfixis. Tädingen, täding, vertädingen* dicitur etiam *Citiren, vor Gericht fordern, einen Tag anſetzen vor Gericht zu erſcheinen. Citare, in judicium vocare, præfigere terminum ad comparendum in judicio.* JURE PROVINC. cap. 93. 101. JURE FEUD. c. 12. 116. §. 2. 118. §. 1. & 7. 144.

Theiding, theidingen uſurpatur etiam pro: *Vergleich, vergleichen, übereinkommen. Transactio, tranſigere.* In hoc ſenſu habetur inter alia in Transactione inter Henricum, Regem Bohemiæ & Poloniæ & Epiſcopum Bambergenſem de anno 1311. in LUNIGII Spicil. Eccleſ. Part. II. c. 4. p. 36. n. 40. Et in KOENIGSHOVII Chronico p. 36.

Teding quandoque etiam denotat: *Eine Unterhandlung, eine Berathſchlagung. Tractatus, conſultationem.* Hoc ſenſu eſt in antiquis verſionibus Aureæ Bullæ apud Thulemarium de Bullis c. 3. & 19.

Theidigung, Theidigen interdum etiam ſignificat: *Verantwortung, verantworten. Defenſio, defendere.* Unde ſine dubio ſupereſt vox adhuc uſitata *vertheidigen, defendere.* Ita in INSTRUMENTO, cui titulus: *Welchergeſtalt die Marck in der Höhe umb den Feldbergk hero &c. aufgerichtet worden. Actum Obern Urſel* 1484. §. 24. dicitur: *Item. Wer geriiget wird, dem ſoll man ſeinen Sühntag vor Urſel auff die Auw beſcheiden, und geliſt den daſelbſt zu theidigen, das mag er thun, und ob einer auff denſelben tag nicht theydigt, ſo ſoll man ihm ein andern tag, nehmlich darnach über vierzehen tag gen Homberg beſtimmen, theidigt er auff dann daſelbſt auch nicht, ſo mag ihn der Waldbott und Märckermeiſter, jeglicher nach ſeiner gebühr vor ihre verfallen Buß pfenden.* Id eſt: *Qui denunciatur, huic dies compoſitionis detur ad Urſulam auf die Awe, & ſi velit ibidem ſe defendere, hoc ipſi integrum eſt; ſi quis hoc in termino ſe non defendat, alius terminus, ſcilicet poſt quatuordecim dies, ipſi detur Hombergam, ſi nec tum ibi ſe defendat, nuncius foreſtalis, & magiſter terminorum debitæ ſibi emendæ nomine, pro ſuo quisque jure, pignora ab ipſo capere poſſunt.*

Tage.

Zu ſeinen tagen kommen heiſt, zu vollkömmlichem Alter kommen, das iſt nach Sächſiſchem Recht, wenn einer 21. Jahr alt worden iſt, und über ſeine tage kommen, das iſt, wenn er über ſechzig Jahr alt iſt. Lib. 1. Art. 42. &

& 23. *in gloſſa.* LEHENRECHT c. 26. & WEICHBILD *Art.* 26. *zu ſeinen Tagen kommen dicitur ad majorennitatem pervenire, hoc eſt Jure Saxonico, ſi quis viginti unum habeat annos; über ſeine Tage kommen, hoc eſt, ſi plus ſexaginta annos natus ſit. Lib. I. Art.* 22. & 23. *in gloſſa.* JURE FEUD. c. 26. & WEICHBILD *Art.* 26. VOCAB. SAX.

Zu ſeinen tagen kommen ſein ſignificat, ein gewiſſes von denen geſetzen beſtimmtes Alter oder Jahre erreichet haben, nach welchem man vor tüchtig gehalten wurde, eine ſache zu thun, oder zu laſſen. Sive: *certam a legibus determinatam habere ætatem, qua quis alicui rei agendæ vel omittendæ idoneus cenſebatur. Hæc autem ætas pro cauſarum differentia & gravitate modo majorem, modo minorem annorum numerum requirit.* Breviter hic indicabimus, quæ Autor Speculi noſtri Suevici de hac materia paſſim tradit. Ex diverſis autem contradictionibus quilibet ipſe perſpiciet, Speculatorem noſtrum ſolido principio deſtitutum fuiſſe.

Ita *in puncto Judicii eccleſiaſtici*, ſive ut quis ad hoc venire deberet, *zu ſeinen tagen kommen ſeyn* dicitur: viginti quinque annos habere. JURE PROVINC. c. 45.

In puncto Judicii ſecularis autem, ſive *daß man das Vogtding ſuchen muſte*, ut quis in judicio criminali comparere deberet, *zu ſeinen Tagen kommen ſeyn* eſt, viginti unum annos habere. JURE PROVINC. c. 1. §. 2. De comparitione vero coram Judicio provinciali ſtatuitur, CAP. 14. quod fieri debeat ab omnibus, qui ſunt viginti quatuor annorum. *In puncto tutelæ*, nullus alterius tutor eſſe poterat, niſi viginti quinque annos haberet. JURE PROVINC. c. 319. §. 1. & 4. Quamdiu vero ſub tutela vel curatela eſſe debeamus, de hoc dicit JUS PROVINC. c. 327. §. 2. *Wann ein mann kommet zu achtzehen jaren, ſo hatt er ſein volle tag, will er ſo mag er Vormund nemen, will er ſo mag er ſein wol emberen. Aber Küng Karole hat geſeczet er ſoll pfleger haben unez auff fünff und zwantzig jar.* Id eſt: *Si quis perveniat ad annum decimum octavum, majorennis eſt. Si velit, curatorem ſibi adſciſcere poteſt; ſin minus, eo poteſt carere. Rex Carolus autem ſtatuit, quod curatorem habere debeat usque ad annum vigeſimum quintum.* Conf. CAP. 320. §. 6. 325. §. 3.

Si puer quatuordecim habeat annos, & puella duodecim, alios tutores ſibi ſumere poterant, ſi poterant probare, tutorem ipſis feciſſe injuriam. JURE PROVINC. c. 319. §. 7. CAP. 320. §. 5. Vero dicitur, quod hoc ipſis indiſtincte permiſſum fuerit, ſive bene tutelam geſſerit prior tutor, ſive male.

Impubes tutorem ſuum ſuſpecti poſtulare nequibat. JURE PROVINC. c. 324.

Impubes, ſ. qui non habet quatuordecim annos ſine tutoris auctoritate nihil valide agere poterat. JURE PROVINC. c. 319. §. 8. Aſt CAP. 320. §. 6. ſtatuitur, quod juvenis ſine curatoris auctoritate de rebus ſuis diſponere nequeat donec viginti quinque annos ſit natus.

In puncto exhæredationis liberi legitimam habent ætatem (*ſind zu ihren tagen kommen*) ſi juvenis quatuordecim, puella vero duodecim ſit annorum. JURE PROVINC. c. 300.

In puncto teſtimonii perhibendi vi JURIS noſtri PROVINC. c. 78. & JURIS FEUDALIS c. 14. ætas quatuordecim annorum requirebatur. Sed contra hæc JURE FEUD. cap. 24. dicitur: neminem teſtimonium perhibere poſſe priuſquam octodecim habeat annos.

In puncto juramenti puer quatuordecim annorum in propria cauſa juramentum præſtare poterat. JURE FEUD. cap. 24. & cap. 23. §. 3.

In puncto ſtupri & matrimonii puer quatuordecim & puella duodecim annorum legitimam habebant ætatem. Si tum matrimonium inirent, parentibus etiam invitis, hocve carnali copula eſſet conſummatum, facile ſeparari non poterant. JURE PROVINC. c. 386.

Filia

Filia viginti quinque annorum, cui pater de marito non prospexerat, cum aliquo concumbens a patre hanc ob causam exhæredari nequibat. JURE PROVINC. c. 257. §. 15.

In puncto separatæ œconomiæ & patriæ potestatis. Filius viginti quinque annorum patrem ad dividenda cum ipso bona sua cogere poterat. JURE PROVINC. c. 320. §. 2. 387.

In puncto lusus. Lusu perditum a minorenni, sive eo qui nondum habet viginti quinque annos, patri reddendum. JURE PROVINC. c. 320.

In puncto Monachatus. Juvenis quatuordecim, & virgo duodecim annorum legitimam habebant ætatem, & votis stringebantur. JURE PROVINC. c. 271.

In puncto manumissionis juvenis, qui septendecim annos, & virgo, quæ sedecim annos nondum habebat, neminem manumittere poterant. JURE PROVINC. c. 66.

In puncto petendæ investituræ legitimam habet ætatem tredecim annos & sex septimanas natus. JURE FEUD. c. 23. §. 2. 24. 28.

In puncto præstandorum servitiorum feudalium legitima ætas est annorum viginti unius. JURE FEUD. c. 23. §. 2. Et c. 29. §. 2. statuitur: *Wann der knecht achtzehen jahr alt wird. Was er mit seinem Lehen thut, das soll stät sein. Si vasallus juvenis ad decimum octavum annum pervenit, quod de feudo suo disponit, firmum esto. Zu seinen tagen kommen sein,* sive *seine tage haben,* dicitur sexaginta vel octoginta annos habere. JURE PROVINC. c. 385.

Tag sæpius etiam significat: *dies judicialis.* Ita est in JURE FEUD. c. 74. *Auff den tag kommen* pro: *Auff den Gerichtstag kommen. Comparere in die s. termino judiciali.* Et JURE FEUD. c. 75. *Tag versagen* pro: *Einen gebettenen Gerichtstag versagen und abschlagen. Petitum terminum judicialem denegare.* SCHILTERUS id transfert: *Judicium denegare.*

Tag ervorderen ibid. & c. 25. pro: *Um einen Gerichtstag anhalten. Judicium postulare.*

In JURE FEUD. c. 25. 57. 74. 117. & in JURE PROVINC. c. 199. extat: *Tag geben*, pro: *Einen Gerichtstag ansetzen. Terminum judicialem præfigere.*

Tag leisten in JURE nostro FEUDALI c. 74. §. 3. dicitur: *Gerichtstag besuchen. Auf dem Gerichtstag erscheinen. In termino comparere.*

Quid sint *Bannentag* & *Gebunden tag*, vide sub vocibus: *Bann* & *Gebunden.*

Tagwercker.

JURE PROVINC. c. 402. §. 5. Hodie dicuntur *Taglöhner, operarii*, qui opera sua victum quotidianum promerere debent.

Tagewercker seind die, so das Tagwerck arbeiten ums Lohn, und vor alters sonst nichts eigens auf dem Land gehabt haben, welche ihre güther gegen den Herrn verwurchten, und darnach ewig darum musten arbeiten, auff daß mans ihnen wiederliesse. Lib. 3. Art. 44. Tagewercker sunt operarii diurna mercede conducti, olim nullam proprietatem in agris habentes, quorum bona ob delictum fisco applicata fuerunt, quive ad dies vitæ operas præstare debebant, ut eadem ipsis rederentur. VOCAB. SAXON.

Conf. GLOSSA cit. loc. Textus latinus vocat eos *Deditios.*

Tegenkind. Degenkind.

JURE PROVINC. c. 280. *Proles mascula. Ein kind das zum Degen und zur Tapferkeit angeführt wird. Proles, quæ arte gladium tractandi imbuitur, & ad virtutem educatur.* OTFRIDUS sæpius usus est voce *Thegan*, maxime pro *ministro, servo, famulo.* Vide SCHILTERI Glossarium voce: *Diuhen.* Illius originem ab hac voce vide apud TEN KATE tom. 2. pag. 152. seqq. Conf. WACHTERI Glossarium voce: *Degen.*

Tercie zeit.

Hora nona antemeridiana. JURE PROVINC. c. 88. De divisione diei in *mane*, *tertiam*, *sextam* & *nonam* vide SCHILTERI Glossarium voce: *Dag.*

Tenr.

JURE PROVINC. præf. §. 7. SCHERZIUS id vertit, difficile. Alias significat proprie, *carus*, *pretiosus*, *angenehm*, *werth*, *kostbar* &c. Vide SCHILTERI Glossarium voce: *Diur.* Ut vero *pretiosi* quid & *cari* possideamus, nulla nobis opera molesta videtur.

Thiet. Diett.

JURE PROVINC. c. 351. §. 2. *Geschlecht*, *Volck* &c. *Genus*, *generatio*, *progenies*, *populus*, *plebs.* Ita in OTFRIDI Præfat. ad Ludovicum Regem, in SCHILT. Thesauro pag. 9. vers. 180. extat: *Francono thiete*, *Francorum populo.* Et EVANGEL. Lib. 1. c. 12. vers. 63. *Ubar Christinaz thiot*, *super Christianum populum.* NOTKERUS Ps. 125. vers. 2. *Tunc dicent inter gentes*, *Danne chedent sie under dietin.* Et *Ps.* 134. vers. 10. *Gentes multas*, *Manige diete.* Plura de hac voce habes in SCHILT. Glossario voce: *Deota*, & apud WACHTERUM sub voce: *Deut.*

Tille.

Vide: *Tülle.*

Todleybe.

Dicitur: *Was der tode überig und nachgelassen hat. Oder mit einem Wort: die Erbschaft.* JURE PROVINC. c. 413. *Quod defunctus reliquit; sive uno verbo, hereditas.*

Sed c. 270. 273. eo in specie denotantur *res* defuncti *expeditoriæ.* Quid hæ sint, vide sub voce: *Heergewett.* Hoc nostrum vocabulum conflatum est ex *todt* & *leiben.* Prior vocula, i. e. mors, nulla indiget definitione; posterior vero veteribus dicebatur *nach-* sive *übrig lassen*, Relinquere. Ita est apud KOENIGSHOVIUM p. 85. *Und was sü do geleibet hettent.* Quod SCHILTERUS in adjecta nota declarat: *Das ist übrig gelassen. Quod ibi reliquerunt.* OTFRIDUS Lib. 5. c. 11. vers. 85. *Tho nam er das er leibta. Do nam er das er übrig gelassen. Tum sumebat, quod ille relinquerat.* KERO: *Za leibu ist, restat. Pilibin, remanent. Inde supersest vox bleiben. Tantum* SCHILTERI nota. Conf. ECCARDI Notæ in Catechesin Theotiscam pag. 139. SCHILTERI Glossarium voce: *Leiben.*

Tott.

JURE PROVINC. c. 375. §. 8. *Den man aus der tauff gehaben hat. Der Petter.* Item: *Der einen aus der tauff gehaben hatt. Der Gevatter. Quem levavimus super sacrum baptismatis fontem.* Item: *Qui nos levavit super sacrum baptismatis fontem.* Conf. SCHILTERI Glossarium voce: *Toda.*

Truckfäss.

JURE PROVINC. cap. 31. De origine & significatu proprio hujus vocis ECCARDUS in notis in Cathech. Theotisc. pag. 130. habet sequentia. *Trubtin, Dominus.* Glossæ Lipsianæ: *Drohtin & Drubtin & Druftin, Dominus.* Glossæ KERONIS: *Dominus, trubtin; Domini, trubtines. Hymni Francici veteres Msti: Himilo trubtin, Cælorum Dominus. Trubtin cot herro, Dominus Deus Sabaoth* &c. *Eodem vocabulo vox Domini exprimitur in* OTFRIDO, TATIANI *versione*, WILLERAMO, *& omnibus aliis medii ævi monumentis. Drotten item septentrionalibus populis est Dominus, & legitur ita in Edda Sæmundi; & Drotning Succis nostris est Regina. Hinc originem trahit Drotset vel Drotzet, Saxonibus Druste, verbotenus, Domini positus, vel a Domino positus, quod idem est ac Præpositus Dominicus, sive qui aliis ministris a Domino præpositus est. Drotseti nomine in Suecia*

cia adhuc venit, *qui Palatio & Dicasterio Palatino seu Regio præpositus est* (Q) *In superiori Germania illam vocem* Truchsetz, *aut, secundum pronunciationem vulgarem,* Truchses, *extulerunt, & hoc nomen ministris, qui aliis ministris minoribus præpositi sunt, attribuerunt. Sic in ordinatione Judicii Aulici Crucenacensis, per Ludovicum Electorem Palatinum, Johannem Palatinum, Rheni Comitem, & Philippum Marchionem Badensem anno* 1530. *composita, sub titulo von Sporteln, statuitur, ut appellans ad illud judicium, inter cetera Scribæ urbis Palatino unum florenum tradat & promittat simul, se, si quid forte amplius exigatur, hoc quoque promte soluturum esse; deinde dicitur:* Welchs (geld) der Stadtschreiber alsbald unsern Druchsessen und Landschreibern überlieffern soll, mit Anzeig wieviel pro sportulis ydes Hoffgerichte gefallen sey. *Speciatim antehac* Truchsessii *nomine venit is, quem antiquissimis temporibus* Majorem Domus, *deinde* Senescballum *Franci vocarunt, quique Regum & Imperatorum Germanicorum aliorumque Principum & Episcoporum Abbatumque majorum rei domesticæ præpositus erat. Unde in* Pomegi *Jesuitæ Galli indiculo universali* p. 368. *Rei domesticæ Curator, Maitre d'hotel, ein Hoffmeister, Haushalter, oder* Truchsess *recte nominatur. Quia autem inter reliqua Præfecti Domus munia præcipue in vulgi oculos incurrit coquinæ procuratio, & servitium ad mensam Domini, ideo in Franciæ Regno Senescalci se etiam Dapiferos & Infertores scripserunt. Sic* CANGIUS *e tabulario Gratianopolitano Chartam anno* 1110. *datam citat, cui subscriptum: Signum Odonis infertoris dapium sive Senescbalci. Chronicon Morniacense Lib.* 2. Wilhelmus Dapifer, *qui & Senescbalcus appellatur. Longe jam ante hæc, qui in Annalibus Francicis Caroli M.* Senescbalcus *dicitur Audulphus, eum Annales Laureshamenses an.* 786. *Regiæ mensæ præpositum, & Regino in Chronico* Principem coquorum *appellant. Neque diversus fuit a* Senescbalco *Eghardus Regiæ mensæ præpositus, apud eundem* EGINHARDUM, *& Magister Regiæ mensæ, apud Monachum San-Gallensem L.* 2. *c.* 9. DITMARUS *Lib.* 1. *in initio Gosberti Ducis* Magistrum coquorum *commemorat, quem Maderi editio* Magistrum eorum *erronee vocat.* Glossarium Latino-Theotiscum Mstum *Seculi undecimi, quod ex Reliquiis Lindenbrogianis mecum benevole communicavit Senator Hamburgensis, verbum* ARCHIMAGIRI *vertit per* principem coquorum, *quod tamen non de principe coquo, sed de ministro, cui coqui & coquinæ inservientes subsunt, intelligendum esse, ex modo dictis clarum est. Tantæ autem is fuit dignitatis, ut, observante* BIGNONIO, *vacante ejus officio, medii ætate literis in Francia subscriptum fuerit:* DAPIFERO *nullo. Apparet etiam ejus præ reliquis ministris excellentia ex veteri versione Evangeliorum Anglo-Saxonica, in qua Joh.* 2. *vers.* 9. ARCHITRICLINUS, *hoc est Magister coquorum, vocatur apposite* Dritbecaldor, Domini princeps *vel primarius Minister. Atque apud nos idem omnium ministrorum Aulicorum primus fuit, unde Sacri Romani Imperii-*

(Q) MESSENIUS in Scondia &c. tom. I. pag. 7. dicit: *Drotsete Suecis significat Prorex, quasi Regis occupans sedem absentis & vicem sustinens. Atque provinciarum Toparchæ Landzdrotzer nominantur.*

Imperii *Truchſeſſius ſeu* DAPIFER *omnes Reliquos anteceſſit, nec Rex Bohemiæ Imperii Pincerna primas obtinuiſſet in Collegio Electorali, niſi Regia corona, qua ceteri non gaudebant, ei hoc decus conciliaſſet. Ex his autem manifeſtum eſt, errare omnino, qui Regiæ præpoſitum Domus, ſive Truchſeſſium, dictum credunt ab officio ipſius, quo obſervat, daß kein trug im eſſen geſchehe; cujus opinionis fuit* STUMPFIUS *Chronici Helvetici Lib. 4. c. 29. Nec minus errant, qui a trug vel trag das eſſen nominatum volunt, & doleo certe, ex horum numero eſſe tum alios magnos viros* (R), *tum etiam celeberrimum* WAGENSEILIUM *in Commentatione de S. R. J. Officialibus & Subofficialibus cap. 12. Favet illis quidem, fateor, primo intuitu hæc Etymologia, quæ exprimit vocem* DAPIFERI *ſeu Infertoris: at vero re penitius introſpecta, apparebit omnino, Germanos vocum compoſitione hujusmodi nunquam uſos fuiſſe, cum e contrario noſtra derivandi ratio cum antiquitate moribusque noſtris apprime conveniat, & longo argumentorum exemplorumque agmine probari poſſit, ſi hic quidem ſpatium nobis ſupereſſet.* Tantum erudita Dn. ECCARDI Obſervatio ad hanc vocem. Conf. TOLNERI Hiſtoriam Palatinam cap. 6. pag. 172. PFEFFINGERUS ad Vitriar. Lib. I. tit. 14. §. 10. pag. 1094.

Tülle. Tille.

JURE PROVINC. c. 153. §. 2. 155. §. 2. JURE FEUD. c. 149. CODEX UFFENBACHIANUS pro eo priori loco habet: *Dyle oder plancken, aſſeres* ſive *contabulatio.* Hodie dicuntur *Palliſaden, pali valli,* uti SCHILTERUS in Comment. ad cap. 143. J. F. Alem. obſervat.

U.

Ueberbracht.

JURE PROVINC. c. 88. pro: *Lautes Geſchrey, lautes Geſchwätz. Strepitus, ſonus loquentium, garrientium.* In *Hiſp. Mſc. de Triſt.* p. 88. b.

Das ſie an der erſten naht
ſunder rede und braht
by Marcke irem Herren lege.
Ut prima nocte ſine ſono &
ſtrepitu concumberet cum Marco,
marito ſuo.

In OTTONIS DIMMERING Itinerar. Germ. Mſc. pag. 242. a *Umbe das Paradis iſt ein gar gros getöne und gebrehte von aller der welte, das nieman do den andern gehören mag. Circa Paradiſum maximum eſt murmur & ſtrepitus ex omni mundi plaga, ut alter alterum non poſſit exaudire.* Vide *meam Notam ad Specim. Phil. Mor. Germ.* fab. 4. verſ. 24. SCHERZIUS in not. ad cit. c. 88. *Praten* in Belgio hodienum ſignificat *plau-*

(R) Ejuſdem eſt ſententiæ LUDEWIGIUS ad A. B. tit. 1. §. 13. lit. f. verbis: *Mich nimt inzwiſchen wunder, daß* SCHILTER *und andere aus dem wort Druchſeß Droſet oder Reichs-Droſt machen wollen. Da doch nicht allein das lateiniſche wort a Dapibus ferendis in der Reichs-Cantzley, da man die Eigenſchafft des Ertz-Druchſeſſen-Amptes am beſten verſtehen müſſen, genommen worden, ſondern es ſich auch in der Verrichtung des Churfürſten weiſet, daß er mit Auftragung der Speiſen und Beſorgung der Kuchen zu thun hat. Und weil der Ertz-Druchſäß ſo gar auch in eigener Perſon die Speiſſen auftragen muß: ſo kan man auch nicht ſagen, daß deſſen Ampt in einer bloſen Oberaufſicht beſtehe, ohne den Dienſt dem Kayſer ſelbſten zu leiſten &c. J. e. Interea miror,* SCHILTERUM *aliosque ex voce Druchſeß effingere velle Droſet ſive Reichs-Droſt. Cum tamen non ſolum in Cancellaria Imperii, qui Archi-Dapiferatus proprietas optime perſpecta eſſe debebat, latina vox a dapibus ferendis deſumta ſit, ſed ipſa m. Electoris functio demonſtret, ipſum dapibus inferendis & coquina procuranda eſſe occupatum. Atque quoniam Archidapifer in propria perſona dapes inferre debet, dici nequit, munus ejus in ſimplici inſpectione, ſine reali ſervitio Imperatori præſtando, conſiſtere &c. Verum enim Vero* ECCARDI *opinio non parum confirmatur per Gloſſas Florentinas, extantes in ejus tom. 2. de Rebus Franciæ Orientalis, ibi enim dicitur pag. 987. Diſcophorus, qui cibum apportat, Trut ſaz.*

plaudern, ſchwätzen, garrire. Multis Germaniæ in locis itidem dicere ſolent. *Laß mich ungebraten* pro: *Sage mir nichts mehr davon. Ne garrias mihi multa hac de re. Er iſt ein Bräter,* pro: *Er hält mit Ungeſtümm und ohne auffhören umb eine Sache an. Importune & indeſinenter rem poſtulat.*

Ueberhure.

JURE PROVINC. c. 116. *Ueberhur heiſt, die ein Mann in ſeinem Hauß oder ſonſt hält über ſein Weib. Ueberhurer ſind ſoviel als Ehebrecher, und alſo geheiſſen, daß ſie huren haben über ihre eheliche weiber. Ueberhurerey das iſt Ehebrecherey. Ueberhur eſt concubina, quam maritus domi ſuæ vel alibi alit præter uxorem. Ueberhurer iidem ſunt qui adulteri, ita dicti, quod præter conjuges cum ſcortis conſueſcant. Ueberhurerey eſt adulterium.* VOCAB. SAXON.

In *antiqua Decalogi verſione Germanica Seculi decimi tertii* verba: *Du ſolt nicht ehebrechen,* ita efferuntur: *Thu ne ſkalt nen hortha nen overhor dua. buta mith thinere afta Wiwe ſkaltu godilicke libta. Nec ſcorteris, nec adulterium committas, verum cum propria tua uxore ſancte vivas.* ECCARDI Hiſtoria Studii Etymologici pag. 70.

Ueberkommen.

Significat in JURE noſtro PROVINC. c. 32. 135. 280. 349. §. 1. 351. §. 1. & in JURE FEUDALI c. 48. §. 1. 62. *überzeugen, überweiſſen, probare, convincere.* Verum in JURE FEUD. c. 87. uſurpatur pro: *Bekommen, habhaft werden, accipere, obtinere.* Hoc autem vocabulum antiquis frequentiſſime uſurpabatur pro: *überweiſſen, überzeugen, convincere.* Hoc ſenſu extat in *Statutis Lindavienſibus* ſub Num. XI. & in *Statutis Feldkirchenſibus* ſub N. 11. §. *Wo auch ein Burger den andern* &c. & paſſim. ANONYM. in Pantheo Mſ. refert ex Moyſis Lib. 4. Cap. 5.

Hat ein Mann zu recht ein weib,
und ob er ſchuldigt ihren leip,
daß ſie hätt mißgetan,
mocht er dann das nicht gezeug han
ſie überkommen der Sünde,
mit warhaftem urkhünde:
ze hand fürd ſie der Mann
zu dem Ehewarten (hoc eſt: *Prieſter*) *dann* &c.

Si quis habeat legitimam uxorem,
eamque adulterii incuſet,
Hujus vero rei non habeat teſtes,
nec illam vero teſtimonio convincere poſſit:
Maritus illam protinus ducat ad Presbyterum &c.

HEIDERUS *in der Lindauiſchen Ausführung* pag. 651.

Ueberkommen alias etiam dicitur: *zu gros, zu mächtig, zu ſtarck werden; Ueberwinden, überwältigen. Viribus & potentia nimis increſcere; vincere, ſuperare.* Ita eſt apud KOENIGSHOVIUM pag. 21. *Ouch was von denſelben alſo vil Juden kommen. Daß der Künig* (Pharao) *vorhte, ſü überkommen jn* &c. *Ex illis quoque tanta Judæorum copia orta eſt, ut Rex* (Pharao) *timeret, ne potentia invaleſcerent.* Et PAG. 134. *Do der Künig Karle hette alſus ſine viende überkummen* &c. *Cum Rex Carolus hoc modo hoſtes ſuos deviciſſet.* Et PAG. 41. *Olympiades du heſt niit geſündet, wenne du biſt mit gewalt von eime Gotte überkommen. Non peccaſti, Olympiades, cum a Deo fueris ſuperatus.*

Ueberpfleger.

Curator. JURE PROVINC. c. 322.

Ueberreden.

In JURE noſtro PROVINC. c. 32. & 347. ſignificat: *Ueberzeugen, probare, convincere.*

Ueberſchallen.

JURE PROVINC. c. 88. §. 1. Lit. z. eandem cum antecedente voce: *Ueberbracht* habet ſignificationem.

Ueberwerden.

JURE PROVINC. c. 113. 348. §. 2. pro: *Ueberhaben ſeyn, entſchuldiget, oder nicht ſchuldig ſeyn. Liberum, immunem eſſe.* Et CAP. 198. §. 2. eſt: *Daß er unrechtes uberwerdt*, pro: *Daß ihm kein unrecht geſchehe; daß ihm kein leyd wiederfahre. Ut immunis ſit ab injuria.*

Ueberwollen.

Pro: *Erlaſſen, nachlaſſen. Remittere.* Ita extat in JURE noſtro PROVINC. in SCHILTERI Theſauro cap. 399. Hic poſt cap. 129. §. 2. *Ob man ſie ſin niht überwil.* Pro: *Ob man ſie deſſen nicht erlaſſen will. Si id præciſe exigitur*, uti SCHERZIUS id transfert.

Uebrig ſeyn.

Itidem ſignificat *überhaben ſeyn, nicht ſchuldig ſeyn, ſuperſedere, non teneri.* Sic Jus noſtrum PROVINC. c. 155. §. 3. habet: *Sy werdent mit recht übrig, daß ſie mit ihm nitt enkämpffent*, pro: *Sie ſeind nicht ſchuldig mit ihm zu kämpffen; Sie ſeynd des kampfes überhaben. Non tenentur pugnare cum ipſo. A Duello ſunt immunes.*

In *Fœdere Civitatum de anno* 1340. apud DATTIUM de Pace publica pag. 79. legitur: *Ob ſy es überig mogen ſin*, pro: *Ob ſie es überhaben mögen ſeyn. Si huic rei ſupersedere poſſint.*

Uchſen.

JURE PROVINC. c. 271. §. 2. & JURE FEUD. c. 23. §. 4. eſt: *Under den uchſen*, pro: *unter den Achſelen, ſub axillis.* SPECULUM SUEVICUM Lib. I. art. 42. ejus loco habet: *Under dem arm, ſub brachio.* RABANUS MAURUS in Gloſſis Latino-barbaricis de partibus humani corporis *axillam* vocat: *Oahchaſa.*

V.

Verbuden.

JURE PROVINC. c. 71. Lit. (k) dicitur: *Odez e daß er ſie verbude mit gerichte*, quod SCHERZIUS transfert: *aut in Judicio arreſtum obtineret. Forbeodan. Forbiodan, Farbiutan, vetare, interdicere, prohibere.* TEN KATE tom. 2. p. 117. Conf. Jus noſtrum PROVINC. in SCHILTERI Theſauro c. 18. §. 2. Hic poſt c. 257.

HALTHAUSIUS in Calendario medii ævi pag. 44. veram hujus vocis ſignificationem, uti mihi videtur, non invenit (S) ſcribens: *In* B. TENZELII *Supplem. II. Hiſtor. Goth. pag* 143. *ita ſubſcribitur: Anno MCCCLV. an dem Suntage circumdederunt, als men dye Meyde verbutet.* Riſum prope movent verba poſtrema lectori. TENZELIUS ipſe c. l. addit: *Quid ſibi velit mirabilis hæc diei Dominicæ appellatio, aliis relinquo explicandum. Sed vix riſu digna ſunt verba, ſi ſerio & accurate conſideres, quia produnt (ut opinor) veſtigia moris antiqui.* Extat Canon Gelaſii *in quo præcipitur: Devotis Deo virginibus, niſi aut Epiphaniorum die, aut in Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalitiis ſacrum velamen imponatur*, Can. II. cauſ. 20. Qu. 1. *Itaque formulam: Die Meyde verbuten accipio de nubendis ſive velandis ad religioſam vitam virginibus. Nam propter Natalitium Apoſtoli, id eſt, propter diem converſionis Pauli, ea Dominica tunc ſecundum Canonem velabantur virgines. Vocant autem Natalem ſive Natalitium eum quoque diem, quo rei alicujus initium ac memoria celebratur.* Vid. CANGIUS. *Lectoris per omnia ſit judicium.* Quid opus eſt, hujus vocis ſignificationem tam longe petere, cum cuique per ſe in oculos incidat. *An dem Suntage circumdederunt, als men die Meyde (oder das heurathen) verbutet (verbietet)* Ab hac enim die dominica ſive Septuageſima usque in octavas Paſchæ prohibitas fuiſſe nuptias, non ſolum HERMANNUS *Contractus* ad annum 992. probat, ubi ita: *Aquisgrani in generali*

(S) Licet WACHTERUS in Gloſſario contrarium ſentiat.

generali ſynodo coram legatis Joannis Papæ ſancitum eſt, ut quatuor hebdomadis ante Nat. Domini, & a Septuageſima ante paſcha, & 14. diebus ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ nullus ſecularia placita agere, aut conjugium contrahere præſumat; verum etiam C. *non oportet* 10. *cauſ.* 33. *Quæſt.* 4. *Non oportet* 10. *ſeptuageſima uſque in octavas Paſchæ & tribus hebdomadibus ante feſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ & ab Adventu Domini uſque poſt Epiphanias celebrare. Quodſi factum fuerit ſeparentur.* Conf. GONZALEZ TELLEZ Comment. in Decretales Lib. 2. tit. 9. c. 4. Eodem modo errat HALTHAUSIUS cit. loc. in not. dicens: *Affinis hujus verbi ſignificatio in* ZACH. GARTZENS *Hiſtor. Brandenb. Mſc.* (T) *occurrit, & quidem in Edicto Alberti I. Elect. Brandenb. quo pax publica in Marchia ſancitur* de A. 1472. ubi jubentur omnes Incolæ: *Der Beſchädiger hoſe tho verbuten*, id eſt *raptorum bona præſidio interea tegere & cuſtodire, donec Judicum auctoritate vindicentur*; Cum verba hæc potius verti debuiſſent: Bona raptorum arreſtare donec &c.

Verdienet Zinß oder Gut.

JURE PROVINC. c. 338. ſeqq. *Heißt verfallen zins und gut, auf den zinßtag vertaget. Cenſus vel pecunia, cujus dies venit.* VOCAB. SAXON.

Vereinet.

JURE FEUD. cap. 12. pro: *Vereiniget, ausgemacht, entſchieden. Transactum, definitum, deciſum.*

Verenden.

In JURE noſtro PROVINC. cap. 43. §. 2. ſignificat: *Endigen, finire.* Sed c. 4. denotat: *An einen andern ort ziehen. Wegziehen. In alium locum demigrare. Die vereniden mit leib und mit ſeel ze himmel. Corpore & anima in cœlum demigrantes.* GOLDASTUS ejus loco habet: *Die fahren* &c.

Verfahren.

JURE FEUD. c. 20. pro: *Verſaumen. Ihre Jahrzahl verſaumen. Negligere. Prætermittere annum petendæ inveſtituræ renovationi præfixum.* SCHILTERI Codex ejus loco habet: *verirren*, & alii *verjähren. Feloniam committere, præſcribere. Verfahren* pro: *Vergehen, evaneſcere*, extat JURE PROVINC. c. 54. §. 6. *Fervarenni vergänglichkeit, eitelkeit. Vanitas.* NOTKERUS Pſ. 38. verſ. 7. & Pſ. 84. verſ. 1. *præterita, Ferfarinia.*

Verfeſtnung.

Vide: *Verveſtnung.*

Verjehen.

Sagen, bejahen, bekennen. Dicere, affirmare, fateri. Ita eſt JURE PROVINC. c. 188. *vergicht er*, pro: *Bekennet er. Si fateatur.* Et CAP. 211. *Er hab verjehen oder nicht*, pro: *Er habe bekannt oder nicht. Confeſſus ſit, aut minus.* Conf. CAP. 172. 354. JURE FEUD. c. 3. 13. §. 2. &c. Et ſupra ſub voce: *Jehen.*

Verirren.

Verſündigen, feloniam committere. JURE PROVINC. c. 315.

Verkeren.

Verwechſelen, verenderen. Permutare, transmutare. JURE PROVINC. poſt c. 340. §. 1.

Verkommen.

JURE FEUD. c. 87. extat: *Und mag er den Herrn nicht verkommen*, pro: *und mag er den Herrn darzu nicht bringen, bereden.* Oder: *mag er von dem Herrn nicht erlangen, nicht erhalten. Si Dominum ad hoc inducere nequeat, ſi Domino hanc rem perſuadere non poſſit.* Sive: *Si a Domino impetrare nequeat.*

Ver-

(T) Impreſſa an. 1729. una cum LEUTHINGERO de Rebus Marchiæ Brandenburgenſis. Et hic quidem locus extat pag. 217.

Verlauſſenlichen.

JURE PROVINC. c. 375. §. 11. pro: *Auſſerhalb*, extra.

Verlegen.

Ungültig machen, vernichten, verwerffen. Invalidum reddere, annullare, reprobare. Ita Jus noſtrum PROVINC. c. 155. §. 3. *Die verlegen des wirttes zeügen, die machen des wirths zeugen ungültig. Die machen daß man des wirths zeugen verwirfft. Qui hoſpitis teſtes reddunt invalidos.* Conf. c. 161. §. 2. 336. 409. *Textus latinus Speculi Saxonici* Lib. 3. art. 32. verba: *Und verleget jenen all ihren gezeug*, vertit: *Atteſtationes omnes annullando.*

Verlegenes weib. JURE PROVINC. c. 375. §. 16. *Ein verworffenes weib. Unbrauchbares weib. Mulier corrupta.* Uti merx inutilis, quæ nullius amplius eſt uſus hodienum, appellatur, *eine verlegene Waar. Merx corrupta. Fur legan, adultera.* TATIAN. c. 57. 2. *Ni fur ligi thih. non mœchaberis*, c. 28: 1. *Notandum hic eſt, quod Gothis liugan ſit uxorem ducere, proprie cum uxore concumbere, prout exempla adducta a Junio in Gloſſ. Goth. teſtantur. Præſens ergo compoſitum docet, idem etiam in uſu fuiſſe Francorum, unde particula fur præfixa verbo ligan ceſſationem concubitus matrimonialis, adeoque ipſius conjugii, Germanis adhuc beylager dicta, diſſolutionem, quæ per adulterium naturaliter fit, deſignat. Palthen. Not. ad* TATIAN. p. 356. SCHILTERI *Gloſſar. voce: Fürlegan.* HEINECCIUS vero in Elementis Juris Germ. tom. 2. p. 203. dicit: *Malim ego compoſitum dicere a fahr, dolus vel periculum, & liggen vel liegen, cubare, & in ſenſu neguiore, concumbere, ut idem ſit, ac doloſus concubitus. Siccama* ignoravit, quomodo acciperet inſcriptionem Tit. 9. Legis Friſionum: *De Farlegani*, adeoque putavit ejus loco legendum eſſe: *De Horleganis.* Conf. WACHTERI Gloſſarium voce: *Forlegani.*

Verleiten.

JURE FEUD. c. 2. ejuſdem eſt ſignificationis cum voce præcedente: *Verlegen.*

Vermiſſen. Vermeſſen.

Zeüges vermiſſen in JURE noſtro FEUD. c. 19. idem eſt ac: *Beweiſſen wollen. Den Beweiß über ſich nehmen. Probationem ſuſcipere*, uti SCHILT. id transfert. *Sich vermeſſen, ſibi arrogare.* TEN KATE tom. 2. pag. 294.

Verränneu, verronnen.

JURE PROVINC. c. 151. §. 11. ſeqq. *Mit ſteinen verränneu*, pro: *Steinigen. Lapidare.*

Verrichten.

In JURE noſtro PROVINC. c. 161. §. 2. denotat: *Vergleichen, litem transactione dirimere.*

Verſaumen.

JURE PROVINC. c. 296. *Seinen leib verſaumen*, pro: *Seinen leib verwürcken. Capitis pœnam incurrere.*

Verſetzen.

In SPECULO noſtro ſignificat æque, ac hodienum: *Verpfänden. Oppignorare.* JURE PROVINC. cap. 94. 97. §. 2. &c. JURE FEUD. cap. 28. 92. Quæ SCHILTERUS circa hanc vocem monenda duxit, videre licet in ejus *Diſſ. de bonis laudemialibus* §. 25. & 26. Conf. ſupra vocem: *Satzung.*

Verſprechen.

Vocabulum hoc in SPECULO noſtro diverſos habet ſignificatus. Modo ſignificat: *vertheidigen, defendere.* JURE PROVINC. c. 300. JURE FEUD. c. 8. & 45. Modo uſurpatur pro: *Widerſprechen. Contradicere.* JURE PROVINC. cap. 73. 311. 312. §. 2. 313. §. 2.

Modo pro: *Klagen, anbringen, vorbringen. In judicium deducere, in judicio proponere.* JURE FEUD. c. 116. §. 3.

Quan-

Quandoque denotat: *Bekennen, Bejahen. Fateri, affirmare.* JURE FEUD. c. 66. 97.

Interdum idem eſt ac: *Weigern, verweigern, verwerfen, denegare, reprobare.* JURE FEUD. c. 15. 16. 155.

Tandem habetur JURE PROVINC. c. 397. in ſenſu adhuc uſitato, pro: *nijßſprechen, oder ſich ſelbſten durch ſeine reden Schaden thun. Lingua labi,* vel *dictis ſuis ſibi præjudicium inferre.*

Verſteen.

Dicitur in JURE noſtro PROVINC. c. 254. 410. JURE FEUD. c. 8. *vertretten, vertheidigen, defendere.*

Vertheilen.

In JURE PROVINC. cap. 285. §. 2. 289.; denotat: *kein theil bekommen. In der theilung übergehen. Partem nullam capere. In diviſione præterire.* Utplurimum vero uſurpatur pro: *Gerichtlich abſprechen. Abſprechen mit urtheil. Sententia judiciali abjudicare.* Et hoc ſenſu eſt inter alia JURE PROVINC. c. 295. 305. §. 4. &c. JURE FEUD. c. 19. 21. ſeqq. 121.

Vertigen.

Verſchaffen, zu weg bringen, erhalten, ausmachen &c. Procurare, impetrare, expedire. Fart, Iter. Fertig, paratus ad iter, vertigen, rei ſeu negotii confectio. SCHILT. in Comment. ad c. 21. J. F. ALEM. §. 1. In JURE noſtro FEUD. cap. 87. habemus: *Und gelobt jm es ze vertigen von ſeinem Herren,* pro: *Und verſpricht ihm, ſeines Herrn Einwilligung zu verſchaffen.* Oder: *Und verſpricht ihm, es bey ſeinem Herrn auszumachen. Et promittit ipſi, Domini ſui procurare conſenſum,* ſive: *negotium cum Domino conficere.*

Verveſtnung.

Significat idem, quod vox *Acht.* JURE PROVINC. c. 2. §. 2.

Verfeſten. Heiſt eines Mannes perſon umb ungehorſam, oder anderer ſach willen in die Acht erkennen, auff daß er vorkomme und Rechts pflege. Lib. 1. Art. 64. *verfeſten dicitur aliquem proſcribere ob contumaciam, vel aliam ob cauſam, ut compareat, & juri ſtet. Inde verfeſtet. Item* Geechtet. VOCAB. SAXON.

Verfeſten. Proſcriptio, Bannitio. WEHNERUS hac voce, & voce: *Acht.*

Verwegen.

Ueber ſich nehmen. Ita extat JURE PROVINC. cap. 84. 88. §. 2. & JURE FEUD. cap. 121. *Und will er ſich des ſchadens verwegen,* pro: *Und will er den Schaden über ſich nehmen. Si damnum in ſe ſuſcipere velit.* JURE FEUD. c. 92. §. 2. *Will aber ſich der eines botten dahin verwegen,* pro: *Will er aber über ſich nehmen, einen Botten dahin zu ſenden. Si vero nuncium eo ablegandum ſuſcipere velit.* Item CAP. ULT. *Geren verwegen,* pro: *Gern über ſich nehmen. Libenter ſuſcipere.*

Verzeihen.

Significat: *Abſchlagen, verſagen. Denegare, recuſare.* SCHILTERUS in Comment. ad c. 21. J. F. ALEM. §. 1. obſervat. KERONEM habere: *Farzihe, deneget; Farcikan, wiſan denegari.* Quod poſterius autem, uti mihi videtur, accuratius dicitur: *Denegatum eſſe, verziehen ſeyn, abgeſchlagen ſeyn;* prout in lingua Belgica *weſen* hodienum denotat *ſeyn.* Vocabulum *verzeihen* dicto ſenſu extat in JURE noſtro FEUDALI c. 10. 16. §. 2. 17. §. 2. 35. 43. §. 2. 86. 87. SCHILTERUS c. 86. (apud ipſum c. 20.), hanc vocem quidem transtulit: *In mora eſſe, tergiverſari:* exiſtimo autem, eam ibidem pariter ſignificare *verſagen, abſchlagen, denegare;* credere enim nequeo, ob ſimplicem moram vel tergiverſationem Domini vaſalli integrum fuiſſe, poſſeſſionem feudi propria autoritate apprehendere.

Veſperzeit.

JURE PROVINC. cap. 14. §. 3. *Der Abend. Veſpera.* Vid. SCHILT. Gloſſarium voce: *Dag.*

Vettach.

JURE PROVINC. c. 375. pro: *Flügel. Ala.* NOTKERUS Pſ. 83. verſ. 10. *Sub umbra alarum tuarum. Undir demo ſcatuwe dinero ſettacho.* Vide WACHTERI Gloſſarium voce: *Fittich.*

Vingerlin.

JURE PROVINC. c. 270. §. 4. pro: *Ring. Annulus.* Ita legimus apud KOENIGSHOVIUM pag. 19. *Und zòg ſin vingerlin abe, und ſties es Joſeph an ſine hand &c. Et Annulo ſuo detracto Joſephi digitum cinxit.* Conf. WINSBEKII Parænefin ad Filium §. 9. in not. Originem vocis *Vinger* a *vangen*, habes apud TEN KATE tom. 2. pag. 470.

Underſteen.

Significat in JURE noſtro FEUDALI cap. 147. §. 2.: *vertheidigen, defendere.*

Unebenbürtig.

JURE PROVINC. c. 256. §. 2. pro: *Nicht von gleichem Stand gebohren. Geringeres Herkommens ſeyn. Natalibus inferior.* Vide ſupra ſub voce: *Ebenbürtig.*

Unee.

Concubinatus. Vid. JUS PROVINC. c. 375. §. 2. lit. (n).

Unfür.

Profuſio annonæ, prodigalitas &c. In JURE noſtro PROVINC. cap. 257. §. 14. habetur: *Gut vertun mit unfüre*, pro: *Das Gut verſchwenden. Das Gut auff eine ſchändliche Art verthun. Bona profundere.* KOENIGSHOVIUS pag. 67. *Er* (Domitianus) *fürte alſo ein unfürig leben, das er von aller welte verhaſſet wart. Domitianus vitæ erat adeo diſſolutæ, ut omnibus eſſet exoſus.*

Ungenoß.

Vide: *Genoß.*

Ungericht.

JURE PROVINC. cap. 19. 104. 112. 324. §. 2. JURE FEUD. c. 149. proprie ſignificat: *Eine ungerechte That. Eine durch die Geſetz verbottene That. Factum legibus prohibitum. Ungericht, iſt joviel als Miſſethat, darumb man klagen muß zu eins leib und leben, oder zu ſeinen Gliedern, und haut und haar nach geſtalt der ſachen peimlichen zu klagen, Lib. 1. Art. 61. und alles was wieder recht geſchiehet, welches eigentlich ein ſchmachheit genannt wird.* WEICHBILD *art. 89. in Gloſſa.* Id eſt: *Ungericht eſt delictum cujus quis accuſatur criminaliter, pro rei circumſtantiis, ad pœnam capitis, vel membrorum mutilationis, vel fuſtigationis & capilli detonſionis ipſi infligendam; & quodcunque contra leges patratur, dictum proprie ſonat turpe.*

Ungericht rügen, das iſt Frevelthat klagen. Delictum denunciare. VOCAB. SAXON.

Ungewaltig.

Ungewaltig ſeines guts machen. JURE PROVINC. c. 327. denotat: *Einem ſein gut nehmen. Einen um ſein gut bringen. Bonis aliquem privare.* E contrario *gewaltig machen* ſignificat: *Wiedergeben. Wieder zuſtellen. Reddere, reſtituere.* SPECULUM SAXONICUM ejus loco habet Lib. 1. Art. 41. *Entweldigen. Entfrembden.* Et Art. 44. *Gut nehmen.*

Unmäre.

JURE PROVINC. c. 153. *Der Achter ſoll den leuten ſein unmäre. Veracht, unwerth, ſie ſollen ſich ſeiner nicht annehmen. Proſcriptus omnibus ſit deſpectui & nullo loco, neque cum curent.* In *fragm. de Bello Caroli M. contra Saracenos* verſ. 2094. extat: *Unmaren ſcall*, quod SCHILTERUS in Gloſſar. voce: Maara vertit: *Infamis, abominandus ſonus, clamor horrendus.* Vide WACHTERI Gloſſarium voce: *Maere.*

Untz. Uncz.

Pro: *Biß, uſque ad.* Ita in JURE noſtro PROVINC. præfat. §. 7. eſt: *Uncz an die czeit*, pro: *biß an die zeit, usque ad tempus.* Vide SCHILT. Gloſſar. voce *Unz.*

Unver-

Unverſprochen.

JURE PROVINC. c. 62. §. 3. 322. §. 3. *Unverſprochen leut, i. e.: Leuth die ihr recht nicht haben verlohren. Qui juris communis non ſunt facti expertes;* uti poſteriori loco deſcribuntur. Modo loquendi hodierno: *Erbare, redliche Leuthe, denen man nichts Böſes nachſagen kann. Homines probi, honeſti, & integræ famæ.*

In *Ordinat. Jud. Rotwilenſis* part. 7. tit. 1. ſtatuitur: *Wann ein Klæger will einen thäter in die Acht ſchweren, ſo muß er ſelb dritt ſchweren. Der Klæger voran, daß ihm kund und wiſſent ſey, Daß der thæter das gethan habe. Darnach ſollen zwen erbare unverſprochene Mænner auff ihn ſchweren* &c. Id eſt: *Si accuſator petat, ut delinquens vi juramenti ſui proſcribatur, adhibitis duobus conjuratoribus jurare debet. Ipſe quidem primo, quod ſciat, delinquentem hoc commiſiſſe. Deinde duo viri honeſti & probatæ fidei jurent, ſibi perſuaſum eſſe, quod ille non pejeraverit.*

Unverwandelt.

Pro: *Unverendert, unveräuſſert. Non mutatus, non alienatus.* Ita in JURE noſtro PROVINC. c. 94. legitur. *Und das pfand unverwandelt iſt,* pro: *da das pfand unveräuſſert, unverkaufet iſt. Et pignus non eſt diſtractum.* Et cap. 317. *Und iſt auch dennocht unverwandelt,* pro: *Und iſt auch noch bey handen; oder unveräuſſert. Et adhuc eſt ad manus;* ſive *non alienatum.* In JURE FEUDALI cap. 79. vocabulum *unverwandelt* ſignificat; *unverändert, wie man es empfangen hat. non mutatum; eodem in ſtatu perſiſtens, quo accepimus.* Et ſeq. CAP. 80. dicitur: *So ſoll der Herr das gut behalten das jm ledig worden iſt jar und tage unverwandelt.* Quod SCHILTERUS vertit: *Dominus autem tenere debet fundum apertum per annum & diem immutatum.* Verum licet verſio hæc ſit bona: exiſtimo tamen, verum ſenſum horum verborum eſſe: *So ſoll der Herr das Gut behalten, das ihm ledig worden iſt, Jahr und Tag unveräuſſert, und ohne es einem andern zu leihen. Dominus autem fundum apertum per annum & diem non alienare, ſive alteri in feudum concedere debet.*

Unverwertz.

Pro: *Unverwirrt, unvermiſcht.* Ita in JURE noſtro PROVINC. poſt cap. 190. §. 3. habemus. *Und iſt das gut dennoch unverwertz bi ainander,* pro: *Und iſt das gut noch unvermiſcht beyeinander. Iſt das Gut nicht mit andern Gütern vermiſchet. Et ſi bona adhuc ſint integra, nec aliis commixta.* Conf. CAP. 195. §. 5.

Unzucht.

JURE PROVINC. c. 88. 96. 395. §. 2. Idem eſt, quod *Muthwillen, ſtraffbahre und ungebührliche That. Petulantia, factum pœna dignum, & indecens.* KOENIGSHOVIUS pag. 117. *Und etliche edelliite begingent vil Unzuhte und widerdries. Et quidam nobiles multa indecentia & diſplicentia committebant.* In Miſcellaneis Tlſeodiſcis apud BERN. PEZIUM Theſaur. Anecdot. noviſſ. tom. 1. p. 373. eſt: *Inquietudo, indiſciplinatio: Unzuhti.*

V.

Vogt.

THOMASIUS in Diſſ. de Jurisdict. & Magiſtrat. differ. ſecundum mores German. th. 68. hanc vocem inter alia deducit a latino *Advocatus. Unde & Imperator dicitur: Oberſter Vogt der Chriſtenheit, latine Advocatus Eccleſiæ, & Vogtey latine Advocatia appellatur. Denotat vero vox Vogt in genere defenſorem, procuratorem, & Vogtey, defenſionem, adminiſtrationem non propriæ ſed alienæ cauſæ, rei a ſuperiori vel mandatæ vel permiſſæ. Vid.* ACTA LINDAV. *fol.* 330. *ſeqq. In quo latiori ſignificatu etiam prædicatur de tutoribus. Ita maritus dicitur Ehevogt, & majorennis zu ſeinen vogtbaren Jahren kommen* &c. *In antiquis Speculis Juris Germanici ſumitur plerumque pro judice. Quod haud dubie*

ideo factum, quia judicis quam maxime est protegere & defendere cives ab aliorum injuriis &c. Tantum THOMASIUS. Ast Dn. DE LUDEWIG in Opusculis miscellis tom. 2. p. 1075. dicit: *Nomen Vogt Germanis Præfectum aut arbitrum notat. Estque primitivum, nec quicquam vero a Romano Advocatus, aut contra, ut sentiunt* KLOKIUS & GOLDASTUS. *Inde ipse Deus arbiter rerum dicitur Himmlischer Vogt, sermone medii ævi.*

NIC. VIGELIUS eo processit, ut vocem *Vogt* ex græco derivare conaretur, uti videre licet apud Dn. de LUDEWIG de Jure clientelari German. c. 2. §. 6. lit. e.

Sed TEN KATE tom. 2. p. 712. non abs re conjicit, vocem *Vogt*, a *vugan, vogan, fügen, decere, convenire, decorum esse, aptare, accommodare, applicare, jungere, componere, disponere, committere*, deducendam esse.

Plura de hac voce extant inter alios apud MAGERUM de Advocatia armata, HEIDERUM *in der Lindauischen Ausführung* pag. 829. & passim, MYLERUM in Archologia cap. 21. &c.

In Speculo nostro vox *Vogt* quandoque denotat *tutorem*. JURE PROVINC. cap. 319.

Quandoque judicem *inferiorem, intermisticum*, qui tantum fustigationem & capillorum detonsionem dictare poterat. JURE PROVINC. cap. 86. Hi judices in JURE SAXON. Lib. I. Art. 56. seqq. appellantur *Graffen*, & in VOCABULARIO ibidem extante describuntur, ut sequitur:

Graffen heissen, die vor alters durch die Bauren oder Bürger, sind gekohren worden, zu richten alle gech thaten, die auf frischen fuss geschehen gewest. So der rechte Richter nicht einheimisch, oder im gericht gewesen, die solch begangene thaten alsbald gerichtet haben, lib. 1. art. 56. & 58. werden derhalben also genannt, daß sie alle gehe thaten, die handhaftig gewesen, schnell und in der eil haben mögen richten. Id est: *Graffen dicuntur a rusticis vel civibus quondam electi, ut judicarent de omnibus delictis flagrantibus. Judice ordinario domo vel in judicio absente, ejusmodi judices erant eligendi, qui de talibus delictis statim judicarunt, ideo ita dicti, quod de omnibus delictis flagrantibus, in quo quis erat comprehensus, protinus & summarie judicandi ipsis jus esset.*

Quandoque voce *Vogt* designatur *Judex criminalis, cui merum imperium, sive Bannum regium, competebat.* Vide JUS PROVINC. c. 395. §. 3.

Vogtding.

Des Vogts Gericht. Judicis criminalis judicium. JURE PROVINC. c. 1. §. 2. 312. 395.

Vogtlemmer.

JURE PROVINC. post c. 340. §. 2. *Agni in recognitionem Vogteiæ quotannis præstandi.* Vid. LEUCHTIUS de jurisdictione Vogteiæ c. 1. §. 10. c. 4. §. 9. KLOCKIUS de Contributionibus, c. 1. num. 316.

Vogtrecht.

JURE PROVINC. cap. 335. Significat hic *certam & determinatam pecuniæ, pecoris vel frumenti quantitatem, pro protectione quotannis solvendam.* HEIDERUS *in der Lindauischen Ausführung* pag. 348. observat ex Hundii Glossario. *Wann der Adel vor jahren zu den Gottshäusern güther gegeben. So haben sie ihnen gewönlich ein Vogtey darbey vorbehalten, hoc est, etliche Metzen Habern, Hüner oder Geld, zu erkäntnuß, daß diese güther von ihnen herkommen seyen, und daß sie solcher güther beschirmer seyn wöllen* &c. Id est: *Nobiles Ecclesiis olim fundos donantes, Vogteiam sibi ex iis reservare solebant, hoc est, aliquot mensuras avenæ, gallinas vel pecuniam, in recognitionem, quod hos fundos ab iis teneant, & quod eorum protectores esse velint.*

Volg. Volgen.

Volgen an einen andern Herrn, das iſt als viel; als von einem jedern Lehenherren, an den es fället, Lehen muten. Es heiſt auch dienſt leiſten dem Herrn, und an eines andern ſtatt tretten im Lehen. Id eſt: *Volgen an einen andern Herrn idem eſt, ac a quovis Domino, cui feudum defertur, inveſtituræ renovationem petere. Significat etiam Domino ſervitia feudalia præſtare, & in alterius locum ſuccedere in feudo.* VOCAB. SAXON. & JUS FEUD. Sax. cap. 2. in notis ZOBELII.

Ita eſt in JURE noſtro FEUDALI cap. 109. §. 3. *Alles Lehen on gewer mangelt der volg*, quod SCHILTERUS transfert: *Quæcunque inveſtitura ſit ſine poſſeſſione, illa caret ſequela.* Et CAP. 27. *Anfall iſt nicht Lehenrecht und kein volck. In cuſtodia feudali non eſt jus feudi, nec ſucceſſionis aut renovationis impetrandæ a Domino feudi.*

Volgen, nachvolgen ſignificat etiam: *Perſequi rem vel actionem. Eine ſach treiben, fortfuhren.* In JURE FEUD. cap. 82. habes: *Ob jm der herr nach Lehenrecht volget. Si Dominus jus ſuum perſequitur, prout juris eſt feudalis.* Et CAP. 123. *dem gut volgen. Perſequi rem in judicio.* SCHILT. in Comment. ad cap. 16. §. 3. & cap. 121. J. F. Alem. *Dem urteil volgen dicitur: Dem ausgeſprochenen urtheil beyfallen und ſolches approbiren. Sententiam latam approbare.* In JURE FEUD. c. 118. §. 7. extat: *So frag der Herr der volg*, hoc eſt: *So frag der Herr, ob ſie beyſtimmen, ob ſie es approbiren. Dominus quærat, an ſententiam approbent.* Conf. CAP. 133. 134. Atque in JURE PROVINC. cap. 398. legitur: *Ob ſie ja habent die mindern volge*, pro: *Ob es ſchon der wenigere theil approbiret und gut heiſſet. Licet minor pars id approbet.*

Völſchen.

Vide: *Wölſchen.*

Vormund.

Vide: *Fürmund.*

Vorſt, Vörſchen.

Sylva, ſylvæ. Bannen, vörſchen. Bann vorſt. Sylvæ clauſæ, ſylva clauſa. JURE PROVINC. c. 356. §. 3. 4. Vide ſupra ſub voce: *Bann.*

Urkund.

Pro: *Zeugniß, teſtimonium.* JURE PROVINC. cap. 62. §. 2. 254. Vide SCHILTERI Gloſſarium voce. *Chund.* Ejus derivationem a *kennen* habes apud TEN KATE tom. 2. pag. 228.

Urlauge.

JURE PROVINC. c. 151. §. 32. pro: *krieg, ſtreit. Bellum, diſſenſio.* Uti vox *Oorloge* in lingua Belgica hodienum eandem habet ſignificationem. Apud LEIBNITIUM in Collect. Etymol. part. 2. pag. 178. vocabulum hoc derivatur ab *Ur, valde*, & *Liege*, quod Belgis tam eſt, *differo, diſſentio*, quam *mentior, maxime enim diſſenſio in bello.* Ejuſdem eſt ſententiæ TEN KATE tom. 2. pag. 265. 266.

Poſſet tamen etiam deduci ab *Ur* & *Logen, Lugen, inſidiari, auf einen lauren, einem nachſtellen.* Ita eſt apud KOENIGSHOVIUM pag. 39. *Und leite jm loge heimlichen.* Quod SCHILTERUS in adjecta nota explicat: *Loge, Hinterhalt, inſidiæ. Urloge, Oorloge, bellum indictum.*

WACHTERUS autem in *Specimine Gloſſarii voce:* Orlog, dicit: *Primum & proprium vocis ſenſum eſſe, Legem primævam & naturalem. Nam or, ſive Ur, in omnibus veteribus dialectis & hodiernis quoque idiotiſmis ſignificationem habet inchoativam, quæ ortum & initium rei involvit. Lege vero Anglo-Saxon. dicitur Laga, Iſlandis Log, ab imponendo. Hoc ſenſu homines nondum creati in Voluſpa Iſlandica Stropha XVII. vocantur Oorlogſauſa, id eſt, Legibus naturalibus nondum obnoxii. Simul atque vero homines naſcuntur, legibus Creatoris fiunt vivuntque obnoxii, utpote in Regno Creatoris nati: Quarum prima & præcipua eſt, unde reliquæ omnes in ſerie & ordine deducuntur, ut in lucem editus ſe ſuumque ſtatum,*

ſtatum, & ea, quæ conſervantia ſunt ſtatus ſui, diligat: alienetur autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum videntur afferre. Hanc legem ſortem & omnibus a natura inſitam Stoici appellabant τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, id eſt, prima naturæ, apud GELLIUM *Lib. XII. Noctium Atticarum c. V. Hinc conſervatio ſtatus ſui, cum ſit lex primæva, & omnibus animalibus, præcipue vero homini, a natura commendata, optime & decenter vocatur Oorlog, hoc eſt, lex primæva & naturalis &c. Poſtremo etiam bellum dici cœpit Oorlog, ab exercitio juris naturalis & divini, quod cuivis civitati competit, conſervandi ſtatum ſuum, & defendendi atque profligandi bellum* &c. Hæc derivatio optime quidem eſt excogitata, ſimul vero ſatis longe petita, hinc libenter fateor, præcedentes mihi videri multo probabiliores.

Urſtende.

JURE PROVINC. cap. 93. §. 3. pro: *Aufferſtehung, reſurrectio.* Aliis locis habetur: *Ubſtanniſſe, Arſtantniſi*, uti TEN KATE tom. 2. pag. 416. obſervat. In *Symbolo Apoſtolico*, a FREHERO & ECCARDO edito, verba, *die Aufferſtehung des Fleiſches*, efferuntur: *Thero Fleiſces Urſtodahi.* Et in NOTIS obſervatur, apud NOTGERUM dici: *Urſtendeda.* In SCHILTERI vero Theſauro tom. I. p. 266. ibidem eſt: *Urſtendida.* Et in *Monumentis Catechcticis* ibidem p. 85. *Urſtendt mines libes. Corporis mei reſurrectio.*

Utzit.

Pro: *Etwas, aliquid.* JURE FEUD. cap. 138. Lit. G.

W.

Wär.

Pro: *Gewer. Poſſeſſio.* JURE PROVINC. cap. 349. §. 1.

Wag.

JURE PROVINC. in præfat. §. 2. *Waſſer, Meer. Aqua, mare.* Ita dicitur *in der Ordnung des Kampff-rechts am Landtgericht zu Francken* §. 13. apud GOLDASTUM in Conſtitut. Imperial. part. I. p. 238. *Den fiſchen in dem wege. Piſcibus in aqua.* Et in *Receſſu diviſionis Comitum Leiningenſium de A.* 1317. ap. LUNIGIUM Spicil. Secular. tom. I. p. 385. *Beſchloſſen wage*, pro: *Fiſchweiher, Fiſchteiche. Piſcina.*

Wilde wage, heiſt ein See und ſtehend Waſſer, das nicht fleüſt. Wilde Wage eſt lacus ſive ſtagnum, ut lib. 2. Art. 28. VOCAB. SAXON.

Ejus originem a *wegen, wiegen, movere*, vide apud TEN KATE tom. 2. pag. 504.

Waibel. Weibel.

Pro: *Gerichtsbott. Apparitor.* Vide JUS PROVINC. poſt c. 190. Lit. (H). De origine hujus vocis videre licet WACHTERI Gloſſarium.

Wan. Wanen.

Einbildung, Meinung &c. *Imaginatio, opinio.* JURE PROVINC. c. 110. §. 1. 151. §. 26. 206. §. 3. JURE FEUD. c. 129. Vide SCHILTERI Gloſſarium hac voce. TEN KATE tom. 2. p. 540. id deducit a *Wanan, ſperare.*

Wanen quandoque etiam ſignificat: *deficere, deeſſe, Wan, deficiens* ſive *defectus*, unde adhuc ſupereſt vox *Wanwitzig, ratione carens.* Vide ECCARDUM in notis ad Catecheſin Theotiſc. p. 106. TEN KATE tom. 2. pag. 317.

Wanburtig, denotat *defectum natalium, der auſſer der Ehe erzeuget iſt.* Ita *Diploma Conradi II.* vi cujus Epiſcopatui Paderbornenſi donavit prædium Patberg, *de anno* 1030. in LUNIGII Spicil. Eccleſ. Part. 2. cap. 14. pag. 715. habet: *Quia ipſe B. Comes ſpurius erat, quod vulgo Wanburtich dicunt.*

Wanlicher pro: *muthmaßlicher, wahrſcheinlicher. Probabilius.* JURE PROVINC. cap. 75. §. 4 Lit. d.

Wandel.

Significat; *Buße, Straffe. Emenda, pœna.* Ita in JURE nostro PROVINC. c. 183. legimus: *Er beleibt des on wandel*, pro: *Er bleibt deßwegen ohne Straff. Eo nomine est impunitus.* Et CAP. 390. §. 3. *Da er wandel umb bedürff thun.* Quæ verba SPECULUM SAXON. lib. 2. Art. 26. ita effert: *Da einer besserung und buße umb thun dörffte. Pro quo quis satisfacere, & emendam præstare posset.*

Wandel, verwandeln denotat etiam: *Enderung, verendern. Mutatio, mutare.* JURE PROVINC. c. 390. §. 1: *Wird der her verwandelt*, pro: *Wird der Herr verändert. Si Dominus mutatur.* CAP. 84. & 271. §. 3. *Wandel haben*, pro: *enderen mögen. Sein Vornehmen endern. Mutare posse. Propositum mutare.* JURE FEUD. cap. 81. *keinen wandel damit thun*, pro: *keine enderung damit machen. Intuitu rei nihil innovare.* Conf. CAP. 54. 103. §. 3. 121. in fine. Et CAP. 41. rubrum est: *Wie sich Erblehen wandelt*, quod SCHILTERUS transfert: *Quomodo feudum paternum mutetur.* Origo hujus vocis extat apud TEN KATE tom. 2. p. 537. & in WACHTERI Glossario.

Wann.

Vocula hæc in SPECULO nostro diversos habet significatus. Quandoque idem est, ac: *Doch* vel *Nur tamen, nisi.* Vide JUS PROVINC. c. 67. 103. JUS FEUD. c. 1. §. 4.

Quandoque usurpatur pro: *Sondern. Sed.* JURE PROVINC. c. 15. 32.

Utplurimum vero significat: *Dieweil* oder *dann: Quoniam* vel *namque.* JURE FEUD. cap. 23. §. 3. CAP. 146. JURE PROVINC. c. 32. in fine CAP. 33. 45. §. 2. 63. &c.

Wären. Werren.

Vide: *Wirren.*

Warnen. Gewarnet sein.

Pro: *Fertig seyn, gerüstet seyn. Instructum, præparatum esse.* Ita legitur in JURE nostro PROVINC. cap. 172. *Vor dem Richter söllent sy beyd gewarnet geen. Uterque instructus debet se sistere Judici.* Et apud TENZELIUM Suppl. Reliq. Histor. Goth. pag. 702. *Darumb ist unser erste Begehrunge, das yr euch . . . . . ufs allerstreckst und rüstigst yr ymmer werden mögt, rüstet, und allzeit geschickt und gewarnet seit, wann wir euch anderwelt schreiben tag und Malstat ernennen, das yr alsdann mit den eweren im felde bey uns erscheinet.* Id est: *Quapropter primo loco exposcimus, ut optimo, quo fieri potest, modo vos armetis, semperque instructi sitis & præparati, ad comparendum cum vestris hominibus in castris nostris, quamprimum vobis iterum scripserimus, diemque & locum denominaverimus.* Conf. SCHILTERI Glossar. pag. 837.

Wasser Urteyl.

Quodsi quis apud veteres criminis insimularetur, neque modo debito per testes, vel autoris denominationem (vide vocem: *Schub*) convinci posset, ordinario quidem admittebatur ad juramentum purgatorium. Verum si circumstantiæ & vita anteacta inculpati ita essent comparatæ, ut metum perjurii creare possent, mediis eruendæ veritatis extraordinariis utebantur, quæ vocabant *Ordalia*, sive judicia divina, quod nimirum causæ decisio providentiæ divinæ relinqueretur. Horum variæ erant species. In Speculo nostro sunt quatuor. Primo duellum, de quo supra sub voce *Kampf*. Secundo probatio per aquam frigidam. Tertio probatio per aquam fervidam. Et demum quarto probatio per ferrum candens. De tribus posterioribus probandi modis nonnulla pariter annotabimus, prius disquirentes, quibus occasionibus, vi *Speculi* nostri, fuerint adhibiti.

Hoc itaque fiebat in processu contra *fures & raptores famosos*, i. e. hujus criminis secunda vice incusatos. Vide Jus nostrum PROVINC. c. 163. §. 5. 210.

Item contra eos, *quorum fidei res erat commissa*, si insimularentur, quod dolose cum illa egerint. JURE PROVIND. cap. 246. Similiter contra *monetarum adulteratores*, hujus criminis secunda vice accusatos. JURE PROVINC. cap. 390. §. 2. Ut & in casibus dubiis, utpote: *si duo fundum vindicarent, & neuter testem producere posset*, judicio aquæ causa itidem erat decidenda. JURE PROVINC. c. 129. JURE FEUD. c. 49. Hæ sunt causæ, in quibus *Ordalia* adhibebantur, a SPECULATORE nostro adnotatæ. Multis tamen aliis, imo omnibus iis in casibus usurpabantur, quibus reatus vel innocentia alicujus personæ, vel veritas aut falsitas rei aliter erui nequiret, uti plurima exempla ab Historicis tradita hoc satis declarant, quorum varia extant in DOEPLERI *Schauplatz der Leib- und Lebensstraffen* tom. I. p. 73. seqq. apud PFEFFINGERUM ad Vitriar. Lib. I. tit. 2. §. 7. lit. a. SCHOTTELIUM de singularibus quibusdam in Germ. juribus c. 28. DU FRESNE voce: *Aqua & Ferrum*. SAXONEM GRAMMATICUM, & apud plures alios.

Nunc breviter quoque exponemus *modum procedendi* (U) his in *Ordaliis* observatum. Si quis per aquam frigidam innocentiam suam probare deberet, prius deducebatur in ecclesiam, ibique missa eo præsente canebatur, quo facto Eucharistiam accipere debebat. Prius autem quam hæc ipsi administraretur, a Presbytero sequentem circiter in modum adjurabatur: *Adjuro te, homo, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per Christianitatem, quam suscepisti, & per S. Trinitatem, quam docuisti, & per istas Sanctas Reliquias, vel sanctam veneration em, quæ in ista Ecclesia sunt, ut non præsumas accedere ad hoc sanctum altare, nec istam sacram Communionem accipere ullo modo, si hanc causam tuæ reputationis (hoc est illa vel illa) feciſti; aut scis quis hoc egit.* In administratione vero Eucharistiæ insequenti Presbyter ipsi dicebat: *Corpus hoc & Sanguis Domini Nostri JEsu Christi sit tibi ad probationem hodie.* Hoc facto & Missa finita, Presbyter, Cruce, Libro Evangeliorum, thuribulo & aqua benedicta secum sumtis, cum accusato se recipiebat in locum Judicio aquæ destinatum. Cum ibi advenissent, Presbyter accusato ex aqua benedicta bibendum dabat, dicens: *Hanc aquam dedi tibi in probationem hodie.* Deinde aqua, cui accusatus erat injiciendus, sequenti modo adjurabatur: *Adjuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, quique te segregavit ab aquis superioribus, & jussit te servire humanis necessitatibus. Adjuro te etiam per invisibile & ineffabile nomen Christi JEsu, filii Dei omnipotentis, sub cujus pedibus te calcabilem præbuisti, qui etiam in te baptizari dignatus est, & suo baptismate consecravit. Adjuro etiam te per Spiritum Sanctum, qui super Dominum in te baptizatum descendit, qui te invisibili sanctificatione sacratam ad animarum purgationem inenarrabile constituit Sacramentum, per quam olim & populus Israëliticus siccis pedibus transivit, & ex qua ferrum, quod casu ceciderat, Helisæus divina virtute contra naturam natans, in suo manubrio redire fecit, ut nullo modo suscipias hunc hominem, si in aliquo culpabilis est, ex hoc, quod illi objicitur, scilicet aut opere, aut consensu seu conscientia, vel quolibet ingenio, sed per virtutem Domini JEsu Christi rejice ex te, & fac illam natare super te, quatenus cognoscant fideles Christi nullum maleficium, nullum præstigium divinæ virtuti posse resistere, quod non detectum fiat, & omnibus manifestum. Adjuro etiam te per virtutem ejusdem Domini nostri JEsu Christi, ut ad laudem illius, cui omnis creatura servit, & cui cælestis exercitus famulatur, clamans: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum, ut nobis adjurantibus & ejus misericordiam obsecrantibus obedias, qui regnat & dominatur per infinita*

(U) Plura habes apud ECCARDUM de rebus Franciæ Orientalis. tom. 2. p. 923.

infinita ſeculа ſeculorum Amen. Poſtea Presbyter accuſatum ipſum adjurabat ita: *Adjuro te, homo, & conteſtor per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per Sanctam & indiviſam Trinitatem, & per omnes angelos & archangelos, & per omnes principatus & poteſtates, dominationes quoque & virtutes, & per Dei ſedilia Cherubin & Seraphin, & per diem tremendum Judicii Dei, nec non & viginti quatuor ſeniores, qui quotidie laudant Deum, & per quatuor Evangeliſtas, & per Sanctos quoque Apoſtolos, Martyres & Confeſſores, nec non & per Sanctam Genitricem Dei Mariam, omnesque virgines, & per cunctum populum ſanctum Dei, vel per ſanctum Baptiſmum, in quo renovatus es, ſi hoc malum feciſti, ex quo culparis, vel aſſenſum præbuiſti, aut bajulaſti, aut in domum tuam recepiſti, aut inde conſcius aut conſentaneus extitiſti, coram omnibus dicito. Quodſi diabolo ſuadente celare diſpoſueris, & culpabilis exinde es, evaneſcat cor tuum incraſſatum & induratum, & non ſuſcipiat te aqua incredulum & ſeductum, ut dicat populus quia Deus noſter judex eſt, cujus poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.* Omnibus hiſce peractis, accuſato veſtes exuebantur, manusque pedesque colligabantur. Tum Presbyter Evangelium & Crucem ipſi præbens exoſculandam aqua benedicta illum conſpergebat. Quo facto accuſatus aquæ injiciebatur, ad fundum delapſus, habebatur innocens & abſolvebatur; aquæ vero innatans reus pronunciabatur, & tanquam convictus plectebatur.

In probatione per aquam fervidam modo procedebatur ſequenti. Accuſatus æque in Eccleſiam deducebatur, ibique recitatis aliquot precibus, miſſa celebrabatur, accuſatusque ante quam ad Euchariſtiæ perceptionem admitteretur, modo ſupra dicto adjurabatur. Hoc facto ignis ſub aheno aqua repleto, ibidem extante, accendebatur. Aqua efferveſcente, Presbyter iterum diverſas recitabat preces; accuſatus vero Orationem dominicam, cruce ſe ſignans. Tum aqua fervens a Presbytero ſequentem in modum adjurabatur: *Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine JEſu Chriſti, filii ejus, Domini noſtri, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & omne phantaſma diaboli, ut ſi hic homo manum ſuam in te miſſurus, eſt innocens, unde reputatur, pietas Dei omnipotentis liberet eum: & ſi, quod abſit, culpabilis eſt, & præſumtuoſe in te manum mittere auſus fuerit, ejuſdem omnipotentis virtus ſuper eum hoc declarare dignetur: ut omnis homo timeat & contremiſcat nomen ſanctum gloriæ Domini noſtri, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula. Domine JEſu Chriſte, qui es Judex juſtus, fortis & multum miſericors, per quem facta ſunt omnia, Deus Deorum, & Dominus Dominantium, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem de ſinu Patris deſcendiſti, & ex Virgine Maria carnem aſſumere dignatus es, & per paſſionem tuam mundum in cruce redemiſti, & ad inferos deſcendiſti, & diabolum in tenebris exterioribus conligaſti, & omnes juſtos, qui originali peccato ibidem detinebantur, magna potentia exinde liberaſti. Tu Domine, quæſumus, mittere digneris Spiritum tuum Sanctum ex ſumma cœli arce ſuper hanc creaturam aquæ, quæ ab igne ferveſcere atque caleſcere videtur, quæ rectum per eam judicium ſuper hunc hominem nomine illo comprobet ac manifeſtet. Te, Domine Deus, ſupplices deprecamur, qui in Cana Galileæ ſigno admirabili tua virtute ex aqua vinum feciſti, & tres pueros, Sydrac, Miſac & Abdenago de camino ignis ardentis illæſos eduxiſti, & Suſannum de falſo crimine liberaſti, cæco nato oculos aperuiſti, Lazarum quadriduanum a monumento ſuſcitaſti, & Petro mergenti manum porrexiſti. Ne reſpicias peccata noſtra in hac oratione, ſed tuum verum & ſanctum judicium coram hominibus in hoc manifeſtare digneris, ut ſi hic homo, pro hac reputationis cauſa, furto videlicet vel homicidio, vel adulterio, vel luxuria, aut pro qualibet cauſa culpæ modo ad præſens manum ſuam in hanc aquam*

igne fervent em miserit, & culpabilis ex hac causa non est, hoc ei præstare digneris, ut nulla læsio vel macula in eadem manu appareat, per quam sine culpa calumniam incurrat. Iterum te Deus, nos indigni & peccatores famuli tui, suppliciter exoramus, ut sanctum verum & rectum judicium nobis in hoc etiam manifestare digneris, quatenus hic homo ex hac reputatus causa, si per aliquod maleficium, Diabolo instigante, aut cupiditate, vel superbia, culpabilis est in factu vel consensu. & hoc comprobationis judicium subvertere aut violare volens malo confisus ingenio, manum suam in hanc aquam præsumtuose mittere ausus fuerit, tua pietas taliter hoc declarare dignetur, ut in ejus manu dignosci queat, quod injuste egit, ut & deinceps per veram confessionem pœnitentiam agens ad emendationem perveniat, & judicium tuum sanctum & verum in omnibus declaretur gentibus, per te Redemtor mundi, qui venturus es judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Hoc facto incusatus brachium nudum in aquam ferventem immergere, illudque, pro cujusque provinciæ consuetudine, vel aliquamdiu in ea tenere, vel lapidem ex illa protrahere debebat. Tum manus & brachium ipsius linteis solicite illigabantur, hæcve judicis sigillo obsignabantur. Tertio abhinc die resignabantur; manu & brachio repertis illæsis, pro innocente declarabatur incusatus; aquæ vero ferventi læsus, reus habebatur, & quasi convictus pœnam statutam subire debebat. Pasquier in Recherches de la France Lib. 4. c. 2. erravit, inscriptionem tit. 55. Legis Salicæ apud Baluzium tom. 1. pag. 317. de manu ab æneo redimenda, transferens: Se racheter du fer ou airain chaud, cum potius denotet: Se racheter de la preuve de l'eau bouillante.

Probatio per ferrum candens in eo consistebat, ut vel ferrum candens nuda manu tenendum, vel chirotecæ ferreæ candentes induendæ, vel super ferramentis candentibus nudis pedibus incedendum esset. His illæsus evadens innocens pronunciabatur; læsus autem, ut reus pœna delicto conveniénti afficiebatur. Modus procedendi cum præmissis erat idem, proinde hic non recoquendus.

Plura de his *Ordaliis & Judiciis Dei* extant inter alios apud CHRIST. EBELINGIUM de provocatione ad Judicium Dei, SCHOTTELIUM de singularibus in Germ. juribus, BALUZIUM Capitular. Reg. Franc. tom. 2. DU FRESNE voce: *Aqua & ferrum*, HACHENBERGIUM Germ. med. LEYTERSBERGERUM Diss. de Ordaliis, CASP. LOESCHERUM Diss. de probatione rerum dubiarum per ignem facta, EBERH. RUD. ROTHIUM Diss. de more, quo rei olim apud plerosque Europæos populos per ferrum candens, ardentes prunas, rogumque probantur, & in ejusdem Diss. de antiquissimo illo more, quo veteres reorum innocentiam culpamve per aquam ferventem ac frigidam probare solebant, JOH. SCHMIDIUM Diss. de probatione rerum dubiarum per aquam facta, CHR. NETTELBLADT Diss. de probationibus &c. Catalogum diversorum scriptorum huc facientium habes in HAUBERI Bibliotheca Magica tom. I. pag. 503.

Weder.

JURE PROVINC. c. 258. §. 3. pro: *Wem, cui*, vel: *Welchen, quem. Weders* pro: *Keins, nullum*. JURE PROVINC. c. 71. Lit. h.

Wegferten Gesellen.

JURE PROVINC. cap. 198. §. 2. GLOSSA SPECULI SAXON. Lib. 3. Art. 78. hanc vocem declarat ita: *Wandersgesellen, welche einen langen weg mit einander zu reisen haben, als die Bilgerem, seind gar wie Brüder. Comites, longum iter una perficiendum habentes, uti Peregrinatores, fratrum instar sunt.*

Welhiu.

Pro: *Welche. Qui.* JURE PROVINC. post §. 52.

Wenn.

Weun.

Vocula hæc in JURE noſtro PROVINC. c. 287. §. 2. uſurpatur pro: *Biß, Biß daß. Donec, uſque dum.*

Weſen.

PRO: *Seyn, eſſe.* JURE PROVINC. c. 2. §. 1. *In lingua Belgica hodienum eundem habet ſignificatum.*

Wetten. Wettbaft.

JURE PROVINC. c. 38. *Wetten heiſt ſoviel als verbüſſen, oder Buß geben um eine miſſethat, darvon Wette heiſt die Buß, die man dem Richter gibt. Wetten dicitur luere, delicti pœnam dare, inde Wette, id eſt pœna, emenda judici præſtanda.* VOCAB. SAXON. GLOSSA SPECULI SAX. Lib. 3. Art. 64. dicit: *Wette heiſt ſoviel als wche thun. Wette idem eſt ac male habere,* quod merito ridet SCHOTTELIUS de ſingul. in Germ. jur. cap. 8. §. 5. addens: *Antiquiſſima eſt & radix Teutonica Wadium, wadiare, Wedde, wedden, wetten.* Vera vocis hujus origo a *Weten, ſcire, intelligere,* eſt ap. TEN KATE tom. 2. pag. 509. WACHTERI ſententia vid. in ejus Gloſſario.

De differentia inter *Buß* & *Wette* vide WEHNERUM ſub his vocibus, & RUDIGERUM Cent. 5. Obſ. 59. nec non ſupra voce: *Buß.*

Wide.

JURE PROVINC. c. 207. §. 1. *Mann ſoll über jn richten mit der wide,* pro: *Man ſoll ihn hangen. Suſpendendus eſt.* Vid. SPECULUM SAXON. Lib. 2. Art. 28. & 39. SCHILTERUS in notis ad KOENIGSHOVIUM p. 696. obſervat: Voculam *Wita* veteribus denotaſſe lignum; atque OTFRIDUM Lib. 2. c. 9. verſ. 85. hoc modo dicere de Iſaaco immolando:

Thaz kind thaz druag thaz witu mit.
Puer portabat ligna ſimul.

Verum EXCERPTA MEIERIANA in LEIBNITII Collect. Etym. part. 2. pag. 265. tenent: *Wid proprie non notare quodlibet lignum, ſed proprie Wid* (vimen, idem cum noſtra voce) *ſalix, reſtis, funis, Weke, ſtricke, damit man binden und flechten kann.* Conf. TEN KATE t. 2. p. 720.

Wideren.

JURE FEUD. c. 62. pro: *Weigeren, recuſare, denegare, contradicere.* Vide SCHILTERI Gloſſarium voce *Widar.* TEN KATE tom. 2. p. 721.

Wiederkommen.

JURE PROVINC. c. 206. §. 3. pro: *Wieder zu ſich kommen, ſich wieder erhohlen. Ad ſe redire, reficere ſe.*

Widerſagen.

Feindſchafft oder Krieg ankündigen. Den Frieden aufſagen. Diffidare. JURE FEUD. c. 153. 154. Ita tit. A. B. *de Diffidationibus* in antiquis verſionibus germanicis, apud THULEMARIUM de Bullis extantibus, inſcribitur: *Von wider ſagen, von widerſagen.*

Diffidare proprie eſt a fide, quam quis alicui debet, aut pollicitus eſt, per literas aut epiſtolam deficere: Gallis Deffier &c. DU FRESNE *hac voce.*

De hoc *wiederſagen* ſive *befehden* præter COMMENTATORES A. B. videre licet DATTIUM de Pace publica Lib. 1. cap. 15. & MÜLLERUM in Theatro Comitiorum ſub Friderico V. tom. I. c. 7. pag. 87. ſeqq.

Widerſtreyt.

JURE FEUD. cap. 49. pro: *Die Gegenpartey, der Gegentheil, Adverſarius.* Apud SCHILTERUM hujus loco eſt: *Widerſache.* JUS PROVINC. c. 129. habet: *on widerſtreyt,* ſive, ut alii legunt: *in widerſtrit, zu wieder-*

wiederſtreit, pro: *mit wiederſprach, contradicendo*, ſive, vertente SCHILT. ad π. 16. §. 32: *contravindicando.*

Widerteylen.

JURE PROVINC. c. 315. pro: *Vertheilen, Abſprechen, abjudicare.* Vide: *Verthejlen.*

Wider tun.

JURE PROVINC. c. 107. §. 6. pro: *Wieder abthun, auffheben. Abrogare, tollere, reſcindere.* SCHERZIUS id transfert: *demuo tractare.* Et CAP. 75. §. 7. denotat: *Wiedergeben, reddere.*

Widerwerben.

JURE PROVINC. c. 116. §. 8. pro: *gegenwerben, umb das gegentheil ſich bemühen, eines Schaden ſuchen. Contra agere. In damnum alicujus laborare*, transferente SCHERZIO. Oritur a voce *werben.* Vide SCHILTERI Gloſſarium.

Widerwerfen.

